






VIRTVTVM ENCOMIA:


SIVE,

GNOMAE DE VIRtutibus: ex poetis & philosophis vtriusque linguæ.

Græcis versibus adiecta interpretatione HENRICI STEPHANI.

Inter Latina autē carmina quædam sunt elegantissima, à paucisſ. adhuc lecta.






ANNO M. D. LXXIII.


excudebat Henr. Stephanus.

CVM PRIVILEGIO CAES. MAIESTATIS.





ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO DOMINO OTTONI HENRICO, DVCI BRVNSsuicensi & Lunenburgensi.





VAERENT fortasse nonnulli, princeps illustrissime, quídnam mihi repentè in mentem venerit, vt libellũ encomia virtutum ex vtriusque linguæ poetis pariter & philosophis complectẽtem, hoc tempore, quod à virtutibus alienissimum est, vulgarem. Ego verò eo ipso propter quod editũ esse mirabuntur, potissimùm impulsum me ad illum edendum fuisse respondebo. Si enim contraria contrariorum sunt remedia, quando ad virtutum amorem animi hominum magis sunt alliciendi quàm quum vitia longè latéque grassari & omne corruptelæ genus passim inuehere videmus? Verùm ita comparata est hominũ natura vt quáuis multo deteriores animi quàm corporis sint morbi (vt etiã testatus est hoc senario quispiã, Βέλτιόν ἐστι σῶμά γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν) omnes tamen horum morborum remedia, illorũ autem paucissimos quærere cernamus. Qua de re querebatur iam olim Flaccus,

--nam cur
Quæ lædunt oculos festinas demere, siquid
Est animum, differs curandi tẽpus in annum?
Eadem Diogenis quoque fuerat prius expostulatio: quum diceret, Si me dentiũ aut oculorum aut splenis dolori mederi posse professus fuissem, aut aliquod aduersus podagram siue pituitam remedium tenere dixissem: omnes auxilium meum imploratum venissent. at nunc quum ignorãtiæ, improbitatis, intemperantiæ medelam pollicitus sim, nemo est qui animum ad ea quæ loquutus sum attẽderit, aut medicinam à me petierit: atque adeò qui magna etiam mercede vltra sanationis beneficium proposita petiturus fuerit. Quum autem nõ meliores nunc sint nostri mores quàm illorum fuerunt, sed potius ætas parentum peior auis nos nequiores tulerit, non mirũ erit si pauci consultores, præceptoris, vel potius præceptorum, quos hic libellus exhibet, ostia pulsabunt. Verùm si meritò Antimachus vnicum auditorem Platonẽ sibi instar multorum millium fore aiebat, iure optimo paucos itidẽ huiusce libelli lectores multorũ instar futuros esse dixero. Ego certè pro eo verbis Horatianis ista spondere audeo,
Feruet auaritia miseróque cupidine pectus?
Sunt verba & voces quibus hũc lenire dolorẽ

Poßis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? ſunt certa piacula quæ
Ter purè lecto poterunt recreare libello. (*te*
Ac nequis deſperabundus culturæ patientem aurem commodare nolit, his eiuſdem verſibus eum hortabor,
Nec, quin deſperes inuicti membra Glyconis,
Nodoſa corpus nolis prohibere chiragra.
Aut ſi hanc ipſam adhortationem ex philoſophi ore audire malit, audiat Epictetum eadem comparatione in eadem re vtentem, apud Arrianum, Ἐπίκτητος κρείσσων Σωκράτους οὐκ ἔστιν. εἰ δὲ μή, οὐ χεῖρον. τοῦτό μοι ἱκανόν ἐστιν. οὐ γὰρ Μίλων ἔσομαι, καὶ ὅμως οὐκ ἀμελῶ τοῦ σώματος.

Enimuero nequis Chriſtianis indignũ eſſe putet ſub ethnicis præceptoribus proficere, ſciat Auguſtinum in ea ſẽtẽtia fuiſſe vt ſiqua fortè vera & fidei noſtræ accõmoda dixerint, ab eis, tanquam iniuſtis poſſeſſoribus, in vſum noſtrum vindicentur. Meminerit præterea ipſum Apoſtolum Paulũ Arati & Menandri teſtimonia dedignatum non eſſe. Quinetiam præter illa quæ ex iis deprompſi, aliáque eiuſmodi, quædam extare apud illos ſciat tã piè dicta, vt ea Chriſtianorum multorum vitam ac mores pudefacere poſſint, nedum vt lectionis eorum Chriſtianos pudere debeat. Tale eſt hoc de honorandis ſimúlque fouendis parentibus,

Ἱκανῶς βιώσῃς γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Et apud Euripidem,

Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
Ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῦ φίλος.

Sic etiam Orpheus dixerat iam antea,

Ζεὺς δ' ἐφορᾷ γονέων ὁπόσοι πόσι θέμιστας,
Ἠδ' ὅσοι ἐκ ἀλέγουσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες.
Καὶ τοῖς μὲν &c.

De ſuo etiam numine quàm reuerenter loquerentur, vel potius quàm bene in nonnullis de illo ſentirent, perſpicere poſſumus ex quibuſdam ſententiis: qualis eſt hæc,

Δίκαια δράσας συμμάχου τεύξῃ θεοῦ.

Necnon iſta,

Ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ
Στρατηλάτας χρὴ, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ.

A philoſophis autem potiſſimùm, cùm aliis tum verò Cleanthe, de deo talia dicta fuerunt vt propemodum Chriſtiana eſſe credi poſſint. Quid quòd Plato dixit (vt alias pleraſque eius ſententias omittam) in dei notitia ſapientiam ac virtutem veram ſitam eſſe? Quale item illud quòd Diotogenes Pythagoreus, deum, antequã ſumatur cibus, inuocare præcipit? quo hîc rubore ſuffundi pleroſque Chriſtianos deceat, iſtius inuocationis contemptores? Ad Latinos quoq; poetas & philoſophos ſi veniamus, multa ab illis non minori pietate dicta inueniemus: ſed inter poeticas huius generis ſen-

tentias excellere videtur illa Statii, licet αἰνιγματικῶς potiùs quàm γνωμικῶς pronũtiata,

Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma dei, mẽtes habitare & pectora gaudet.

Inter philosophos autem Cicero & Seneca tot pias sententias nobis suppeditant, vt aliquis quam primam vel vltimam ponere debeat, incertus futurus sit. Equidem vel vna hæc Senecæ multarũ instar esse potest, *Vir bonus, quicquid illi acciderit, æquo animo sustinebit. sciet enim id accidisse lege diuina, qua vniuersa procedunt.* Quum verò tam pulchræ támque piæ apud poetas & philosophos sententiæ legantur, quàm malè de iuuentute mereantur qui eas ex illis excerptas, non solas sed vnà cum aliis omnino contrariis proponunt, in mea ad lectorem præfatione docui.

Ad eas quidem certè quod attinet sentẽtias quas iste libellus complectitur, earum nonnullas esse tales animaduerti vt ex se alias velut procreare possint. Exempli gratia, quemadmodum dictũ fuit de paupere, sed qui moribus diues esset,

Πένης μέν ἐστι, τὸν τρόπον δὲ πλούσιος:

possumus itidem de quopiam dicere qui deformis quidem sit, sed alioqui bene moratus, & vir bonus,

Αἰσχρὸς μέν ἐστι, ἀλλὰ τὸν τρόπον καλός.

Aptiùs etiam de fœmina,
Αἰσχρὰ μέν ἐστιν, ἀλλὰ τὸν τρόπον καλή.
Ac viciſſim,
Καλὴ μέν ἐστιν, ἀλλ' ἄμορφος τὸν τρόπον. Vel, Καλὸς &c.
Atque ad horum exemplum dicere poſſumus de homine paruo, ſed magnanimo,
Μικρὸς μέν ἐστιν ἀλλ' ἀνὴρ μεγάψυχος.
Et viciſſim,
Μέγας μέν ἐστιν, ἀλλὰ δειλὸς τὸν τρόπον.

Quæ autem præterea de hoc opuſculo dicẽda eſſe viſa ſunt, ea meæ ad lectorẽ præfationi magis conuenire exiſtimaui: tum quòd multa ex iis ſint, quæ me εἰδότι λέγειν non oportebat, vt parerẽ prouerbio: tum quòd longioris epiſtolæ lectione à tuis negotiis auocandum te diu non putarem.

Cæterùm id, qualecunque eſt, non ideo tibi dicaui illuſtriſſime princeps, quòd eo magnopere tibi ſit opus (atque hoc mecũ ii fatebũtur quibus perſpecta & explorata eſt generoſiſſima tua indoles) ſed quòd in aliorum principum manus è tuis venturum, atque ita magnam vtilitatem allaturum eſſe ſperarem. Præclarè enim dixit Iſocrates, qui priuatos inſtituunt, iis tãtùm vtiles eſſe: at qui inſtituunt eos qui principatum aliquem obtinẽt, non illis ſolùm, ſed multis priuatis ſimul quibus imperant, prodeſſe.

Dum autem Græcos verſus gnomicos qui hoc libello continentur, interpretarer,

ſubiit animum hæc cogitatio, æquum eſſe vt quemadmodũ Græci Latinis ſuas ſentẽtias ſiue gnomas per me communicaſſent, ita viciſſim Latini Græcis aliquas ſaltem ex ſuis mea pariter opera communicarent. In earum numero à quibus auſpicandum eſſe duxi, fuit iſta, quæ huic tẽpori (quo recẽs tã nefariæ carnificinæ memoria cautos reddere debet vel eos qui antea incautiſſimi erant) longè omnium conuenientiſſima & accõmodatiſſima eſſe viſa eſt: *Felix quẽ faciunt aliena pericula cautum.* Quam ſententiam varios ſcriptores variis modis exprimere videmus. Dicit enim Plautus, *Feliciter is ſapit qui periculo alieno ſapit.* Dicit Terentius, *Hoc ſcitum eſt, periculum ex aliis facere tibi quod ex vſu ſiet.* Dicit Publius Syrus, *Bonum eſt fugienda aſpicere alieno in malo.* Dicit Albius Tibullus, --*felix quicunque dolore Alterius diſces poſſe carere tuo.* Quibus aſſentitur qui apud Græcos dicit, Βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά. Libuit igitur tam vtilis Latinorum ſententiæ interpretationes varias Græcis dare: quas ad te, tanquam illius quod dixi operis primitias, vnà cum hoc libello mittere placuit: Deum Opt. Max. orans vt nihil vnquam tibi accidat vbi eius oblitus eſſe dici poſſis.

C. T. addictiſſimus
Henr. Stephanus.

Ὄλβιος ἀσφαλίην κινδύνοις ὃς κίχεν ἄλλων.
Ὄλβιος ἀλλοτρίοις ὃς κινδύνοισι φρενώθη.
Ζηλωτὰ ἀκίνδυνος κινδύνοις ὃς πέλει ἄλλων.
Εὐδαίμων ᾧ ἀλλότριον πῆμ' ἐστὶ μάθημα.
Ὄλβιος ᾧ ἄλλων τὰ παθήματα ἐστὶ μάθημα.
Ἦ μάκαρ οὗν τ' ἄλλου προδιδάσκει πεῖρα παθόντος.
Ὄλβιστός γε κακοῖς ὅστις σοφὸς ἀλλοτρίοισι.
Εὐδαίμων ὃν παρ' ἑνὸς ἄλλου πῆμα σοφίζει.
Εὐτυχεῖ ἀλλοτρίοις σεσοφισμένος ὅστε δύῃσι.
Ὄλβιος ὅν γε σοφοῖ ἄλλος περὶ πήματι κύρσας.
Ὄλβιος ἀλλοτρίοις ὃς πήμασιν ἐστὶν ἀπήμων.
Εὐτυχὲς εἰ ἡμῶν παίδευμα τὸ δυστυχὲς ἄλλων.
Ἄλλων δυστυχίῃ φυγέειν κακὸν, εὐτυχές ἐστι.
Ὄλβιος ᾧτε τύχαι ἑτέρων, παιδεύματα εἰσί.
Εὐτυχέει ὃς δυστυχίῃ παιδεύεται ἄλλου.
Ὄλβιος ὃς φρονέει ἄλλον κεκακωμένον ἀθρῶν.
Ὧι πινυ νουθεσίη πάθος ἄλλου, ὄλβιός ἐστι.
Ὄλβιος ὃν θ' ἑτέρου ὀρθοῖ προπαθόντος ὀϊζύς.
Ὄλβιος ὅστ' ἐφρόνησε τὰ τοῦ πέλας ἐς κακὰ βλέψας.
Ὃν φρενοῖ ἀλλοτρίη κακότης, μάκαρ ἐστὶν ἐκεῖνος.

Ὄλβιος ἀλλοτρίῃ ὃς συμφορῇ ἐστὶ φρενήρης.
Τρισμάκαρ ὅστε πέσημα ἑὸν προφύλαξεν ἐν ἄλλοις.
Ἦ μάκαρ ᾧ τὸ πάθημα τὸ τοῦ πέλας, ἐστὶ δάημα.
Ὄλβιος ᾧ ἑτέρου ἀτύχημα δέδωκε νόημα.
Ζηλῶ ὄντ᾽ ἄλλου τὸ πάθημα νοήμονα θῆκε.
Ὃς σοφὸς ἀλλοτρίοις πάθεσι, ζηλωτὸς ὅδ᾽ ἐστί.
Ζηλῶ ὃν ἀλλοτρίη ποιεῖ φρονιμώτερον ἄτη.
Ὃς φρονεῖ ἀλλοτρίαις ἄταισι, πανόλβιός ἐστι.
Ζηλῶ ᾧ ἀλλοτρίη κακότης προφύλαγμα τέτυκται.
Ζηλῶ ὃς ἀλλοτρίων ὅπλων διὰ πεῖραν ἐσώθη.
Ζηλῶ ἀαθέντων ὃς μνησθεὶς ἔκφυγεν ἄτην.
Ὃς κακοῦ ἀλλοτρίου μνήμῃ φρονεῖ ὄλβιός ἐστι.
Ζηλῶ ὃν πένθη ἑτέρων ἐφύλαξαν ἀπενθῆ.
Ὄλβιος ὄνγ᾽ ἑτέρων τὸ πλῶμ᾽ ἀπλῶτα φύλαξεν.
Ὄλβιος ὄντ᾽ ἀπαθῆ τεῦξαι πάθη αἰέρος ἄλλου.
Ζηλῶ ᾧτ᾽ ἀβλαβῆ βλάβαι ἄλλων μεῖναι ἔδωκαν.
Ζηλῶ ὃς ἆθλον ἄλυξεν ἐς ἄθλιον αἰέρα βλέψας.
Ὄλβιος ὅσγε κακοῖς ἄλλων κακότητος ἀμοιρεῖ.
Ζηλῶ ἀπήμαντον καὶ ἔμφρονα πήμασιν ἄλλων.
Ζηλῶ ὃν ἀλλοτρίαι ἄται τήρησαν ἄατον.

IN GNOMAS POETARVM VTRIVSQVE LINGUÆ DE VIRTUTIBUS,

HENRICI STEPHANI PRAEFATIO.



QVANTI fecerint Græci ea poetarum dicta & tanquam apophthegmata, quæ appellarũt γνώμας, suis ipsi verbis quibus eas laudant, simúlque frequẽti illarum vsurpatione testatum nobis reliquerunt. Quinetiam inter alia quæ ad puerorum institutionem pertinere censebantur, non vltimum eas locum tenuisse, sed ab illis memoriæ mandari solitas fuisse, ex AEschine (vt alios omittam) discimus. Is enim in ea quam aduersus Ctesiphontem scripsit oratione, quosdam Hesiodi versus recitaturus, hæc præfatur, λέξω δὲ κἀγὼ τὰ ἔπη. διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐταῖς χρώμεθα. Neque verò γνώμας tãtùm, sed etiam ὑποθήκας & παραινέσεις ea dicta appellarúnt. Illo vocabulo nõ semel est vsus Isocrates. nã de Hesiodi, Theognidis & Phocylidis poesi loquens, in sua ad Nicoclem oratiuncula, scribit, αἱρεῖσθαι συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον ἢ ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις. In eiusdem initio non ὑποθήκας sine adiectione, sed ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν dicit: πρὸς δὲ τούτοις τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν καταλελοίπασιν. Copulauit autem γνώμας & παραινέσεις Plutarchus, addens etiam ἀγαθάς: vbi scribit Homerum πολλὰς γνώμας καὶ παραινέσεις ἀγαθὰς ἐξενεγκεῖν. Eodémq; modo τὰ γνωμικὰ & τὰ παραινετικὰ cõiunxit

Sextus philosophus: vbi scribit, ὁπόσα μὲν βιωφελῆ καὶ ἀναγκαῖα εὑρίσκεται παρὰ ποιηταῖς, οἷά ἐστι τὰ γνωμικὰ καὶ παραινετικά. Illā autem quam dixi γνωμῶν huiusmodi vsurpationem apud ipsos quoque philosophos videre est, sua præcepta illis velut obsignātes. Atque hoc Sextus quoque fatetur: vbi scribit, τὸ δὲ ὅτι συχνὰς δίδωσιν ἡ ποιητικὴ ἀφορμὰς πρὸς εὐδαιμονίαν, δῆλον ἐκ τοῦ τὴν ὄντως κρατίστην καὶ ἠθοποιὸν φιλοσοφίαν ἀπὸ τῆς παρὰ τοῖς ποιηταῖς γνωμολογίας τὴν ἀρχὴν ἐρριζῶσθαι· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς φιλοσόφους, εἴποτε παραινετικῶς τι λέγοιεν, ταῖς ποιητικαῖς φωναῖς ὥσπερεὶ σφραγίζεσθαι τὸ ὑπ' αὐτῆς λεγόμενον. Habere autem maiorem quandam vim & efficaciam in auditorum siue lectorum animis, & altius in eos videri penetrare quæ carmine quàm quæ soluta oratione dicuntur, eleganti comparatione declarabat Cleanthes. Sicut enim (aiebat) spiritus noster clariorem sonum reddit, quum illum tuba per longi canalis angustias tractum patentiore nouissimè exitu effudit: sic sensus nostros clariores carminis arcta necessitas efficit. Cui Cleanthis dicto doctè hæc subiunguntur à Seneca, Eadem negligentius audiuntur, minúsque percutiunt quandiu soluta oratione dicūtur: vbi accessere numeri, & egregium sensum astrinxere certi pedes, eadem illa sententia velut lacerto excussa torquetur. De contemptu pecuniæ multa dicuntur: & longissimis orationibus hoc præcipitur vt homines in animo non in patrimonio putent esse diuitias: eum esse locupletem qui paupertati suæ aptus est, & paruo se diuitem fecit: magis tamen feriuntur animi quum carmine eiusmodi dicta sunt, *Is minimo eget mortalis qui minimū cupit. Quod vult habet qui velle quod satis est potest.* Quum hæc atque eiusmodi audimus, ad confessionem veritatis adducimur. Illi enim quibus nihil satis est, admirantur,

acclamant, odium pecuniæ indicunt. Hactenus ille.

SED ENIM ab iis qui ad hũc diem poetarum dicta collegerunt, minimè habitũ esse quem decuit delectũ sciendũ est. quælibet enim sine vllo discrimine, etiam ea quæ eiusmodi sunt vt adolescentes ad vitia impellere potius quàm ab illis deterrere, & à virtute auocare atq; abstrahere potius quàm ad illam adhortari possunt, sententiarum seu gnomarũ titulo fuisse ab illis insignita videmus. Ac fateor quidem, vbicunque aliquis apud poetas suam aliqua de re sententiam pronuntiat, eam, qualisqualis sit, vocari posse γνώμην: (esse enim & quasdam γνώμας οὐ χρηστάς, ex Aristot. Rhet. 2, discimus) sed quum eas esse morales dicerent, id est, ad formandos corrigẽdósq; mores conducere (quales videlicet in iis quos attuli locis & aliis plerisque κατ' ἐξοχὴν significantur) nequaquam admiscendæ erant, quæ potius ad illos corrumpendos sunt accommodatissimæ.

Nam quisquis est is cui Feruet auaritia miseróque cupidine pectus, is certè exclamat apud poetas Latinos,

O ciues ciues, quærenda pecunia primùm est,
Virtus post nummos.

Exclamat etiam,

Et genus & virtus nisi cum re vilior alga est.

Necnon istud,

Scilicet vxórem cum dote, fidémque & amicos,
Et genus & formam regina pecunia donat.

Ne hoc quidem omittit,

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet & fidei.

Istud quoq;, quod illi simile est, nõ prætermittit,

Vbique tanti quisque quantum habuit fuit.

Nec deest poeta qui hæc quoque illi suggerat,

Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunámque suo temperet arbitrio.

Et poſt alia addat,

--quiduis nummis præſentibus opta:
Et veniet. clauſum poſsidet arca Iouem.

Interuenit & iſtud ſimile dictum, *--omnis enim res,*
Virtus, fama, decus, diuina humanáque pulchris
Diuitiis parent.

Additur & hoc vetus, quod eſt prouerbiale,

--lucri bonus eſt odor ex re Qualibet.

Quid apud poetas Græcos? ibi certè multo etiam pluribus dictis, quæ auaritiæ fomenta ſunt, eius aures perſonant. Atque inde patrocinia ſumens, interdum dicit,

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν. Id eſt,
Modò faciam lucrum, improbum dici ſine.

Nonnunquam ex eo auditur,

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ. Id eſt,
Eſt dulce lucrum, etiam quod ex mendaciis.

Aliquando ſibi placet in his verſibus,

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος ἔνθα κερδανεῖς. Id eſt,
Parato iuſti tu quidem famam viri,
Sed cuncta facito ferre quæ lucrum queunt.

Cui dicto ſimile eſt,

--τὰ μὲν δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχου. Id eſt,
Laudato iuſta, ſed lucris adhæreas.

Sæpe & illud Heſiodeum carmen recitat,

Χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

Quinetiam id dictum ita auget ex comœdia,

Τἀργύριον ἐστὶν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς.
Ὅστις δὲ μὴ ἔχει τοῦτο μηδ' ἐκτήσατο,
Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ. Id eſt,
Eſt ſanguis & anima hominibus pecunia.
Hanc ergo quiſquis poſsidere non poteſt,
Viuos is inter mortuus deambulat.

Addet & hos verſus,

Ἀρ ἐστὶ λῆρος πάντα πρὸς τὸ χρυσίον.
Μόνον γὰρ αἰεὶ διαμένειν εἴωθ' ἀεὶ
Τὸ χρῶμα δ' αὐτό· τὴν φίλων δὲ τῶν τρόπους
Οὐδέποθ' ὁμοίως ζωγραφοῦσιν αἱ τύχαι. Id est,
Nugæ meræ sunt reliqua præ auro omnia.
Hoc nanque solum permanet durabile,
Saluo & colore: at studia amicorum, vices
Fortunæ eodem pingere haud solent modo.
Sed in tertio versu (vt de hoc admoneam obiter) legendum puto τὸ χρῶμα ταυτί: vt dicatur aurum ἀεὶ διαμένειν ταυτὸ τὸ χρῶμα, id est κατὰ τὸ χρῶμα: quũ contrà amici eundem vultum non seruent, sed ad singulas fortunæ mutationes eum mutent.
Ipsum etiam Amalthææ cornu ait, cum Philemone, nihil aliud fuisse quàm argentum: hos illius versus recitans,
Τὸ τῆς Ἀμαλθαίας δοκεῖς εἶναι κέρας
Οἷον γράφουσιν οἱ γραφεῖς, κέρας βοός;
Ἀργύριόν ἐστι. τοῦτ' ἐὰν ἔχῃς, λέγε
Πρὸς τοῦθ' ὃ βούλει. πάντα σοὶ γενήσεται·
Φίλοι, βοηθοί, μάρτυρες, συνοικίαι. Id est,
An cornu Amaltheæ fuisse existimas,
Vt pingitur pictoribus, cornu bouis?
Argentum erat. quod possidere si queas,
Mox cuncta præsto vota fuerint ad tua:
Testes, amici, socii, itémque prędia.
Atque adeò argenteos & aureos nummos, deos esse suos dicit, cum Menandro,
Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει,
Ἀνέμους, ὕδωρ, γῆν, ἥλιον, πῦρ, ἀστέρας·
Ἐγὼ δ' ὑπέλαβον χρησίμους εἶναι θεοὺς
Τὸ ἀργύριον ἡμῖν καὶ τὸ χρυσίον.
Ἱδρυσάμενος τούτους γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν,
Εὔξαι τί βούλει. πάντα σοὶ γενήσεται,
Ἀγρὸς, οἰκίαι, θεράποντες, ἀργυρώματα·

Φίλοι

Φίλοι, δικασταὶ, μάρτυρες. μόνον δίδου·
Αὐτοὺς γὰρ ἕξεις τοὺς θεοὺς ὑπηρέτας.

Id est,

Epicharmus esse censuit quondam deos,
Ventos, aquam, terram, atque solem & sidera:
Nummos ego autem argenteos & aureos
Deos opinor esse nobis vtiles.
Nam quum locaris hos in ędibus semel,
Quodcunque vis optato: habebis omnia:
Agros, domos, seruosque, vasa argentea:
Necnon amicos, iudices, testes. dare
Tantùm te oportet, administrabunt dei.

Tandémque auri splendore obstupefactus in hæc verba prorumpit,

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
Ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ᾽ ἔχει,
Οὐ παῖδες ἐν δόμοισιν, οὐ φίλος πατὴρ,
Οἵας σὺ χ᾽ οἱ σὲ δώμασιν κεκτημένοι.
Εἰ δ᾽ ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
Οὐ θαῦμ᾽ ἔρωτας μυρίους αὐτὴν ἔχειν.

Id est,

Pecunia, ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris aut blandæ potest
Par esse prolis, non sacer meritis parens.
Tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
Meritò illa amores cœlitum atque hominum mouet.

Qui versus Latini extant apud Senecam, lib. 21, epist. 1. esse autem illorum Græcorum interpretationem patet, quanuis ille factos è Græcis esse non admoneat. Interpres (quisquis est) in cæteris satis felix, peccasse in primo videtur, quòd aliam voci χρυσὸς quàm propriam significationẽ dederit: quoniam in posterioribus quoque versibus respicitur non ad quosuis nummos, sed ad aureos, & ad pulchrum eorum nitorem ac splendorem: vtpote alludendo ad

epithetum *χρυσῆ*, quod Homerus Veneri paſsim tribuit: quum dicitur, Tā *dulce ſiquid Veneris in vultu micat*. Quod imitantes interdum Latini poetæ aureā Venerem appellāt. Hoc igitur aut ſimili modo reddendum cenſuiſſem primum illum verſum, (in quo nomen *δεξίωμα* quidam ob nouitatem deprauarunt in *ἀξίωμα*: atque hæc deprauatio & apud Athenagoram ſpectatur) A*urum, prehendit dextra quo nil pulchrius*. Vel, *prehenſat*. Sed alludit ſimul ad illum *ἀσπασμὸν* qui fiebat *τῇ δεξιώσει*: ac perinde eſt fortaſſe acſi diceret *ἄσπασμα κάλλιστον*. Dignum autem hoc cenſui dequo lectorem obiter cōmonefacerem: nunc ad alias eiuſdem generis gnomas reuertor.

ILLE itidem qui voluptatibus ita eſt deditus vt ſe ab illis tranſuerſum rapi patiatur, non aliud apud poetas quàm voluptatem crepat: lubentérque cùm alia tum hæc profert,

Οὐδὲν ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ,
Ἥμενοι ἑξείης· παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτου καὶ κρειῶν, & quæ ſequuntur.

Iactat & iſtos Sophocleæ Antigones iambos,
-- *τὰς γὰρ ἡδονὰς Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ*
Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.

Huic tragico ſucciuere comicum Antiphanem dicit,

Εἰ γὰρ ἀφέλοι τις τοῦ βίου τὰς ἡδονὰς,
Καταλείπετ' οὐδὲν ἕτερον ἢ τεθνηκέναι.

Nec iſtorum obliuiſcitur,

Εὔφραινε σαυτόν. πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν
Βίον λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα, τῆς τύχης.

Exclamat item cum Mimnermo,

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄνευ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
Vel, *Τίς δὲ χάρις*, vt apud Plutarchum legitur.

Anacreontea etiam quædam huc pertinẽtia, denique nec Sardanapali epitaphiũ (vt alia multa huius generis omittã) decantare eũ pudet. ſicut apud Dionem Chryſoſtomum in oratione IIII περὶ βασιλείας legimus, καὶ μὴν ὅγε τῆς ἡδονῆς φίλος καὶ ὁ τῆς δόξης, οὔποτε δύνανται συνᾶσαι, οὐδὲ τὸ αὐτὸ εἰπεῖν. ὁ μὲν γὰρ καταφρονεῖ τῆς δόξης, καὶ λῆρον ἡγεῖται· καὶ τὸ τοῦ Σαρδαναπάλου περιφέρεται πολλάκις ἐλεγεῖον,

Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἐρώτων
Τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

Neque verò auari tantùm vel libidinoſi ſua dicta, id eſt ſibi cõuenientia, apud eos habent, ſed quædam etiã leguntur inhumanitatem & crudelitatẽ, aut impietatem teſtãtia. Atq; vt taceã quæ impiè aduerſus diuinam prouidentiã iactantur, quædam ſunt in quibus loquuntur planè contraria illi Terentiano comico, qui dicit, Homo ſum, humani à me nihil alienum puto. Cõtrà enim in quibuſdã dictis omnem humanitatẽ exuiſſe videntur. Quorum è numero eſt vnum Plautinum: quod & Lactantium ſummopere offendit: nec immeritò. Hinc eſt (inquit cap. II, lib. 6, qui eſt de vero cultu) illa Plauti deteſtanda ſententia,

Malè meretur qui mendico dat quod edat.
Nam & illud quod dat perit, & illi producit vitam
ad miſeriam.

At enim poeta fortaſſe pro perſona loquutus eſt. Quid Marcus Tullius in ſuis officialibus libris? nonne hoc idem ſuadet, non eſſe omnino largiendum? &c. Hæc Lactantius. Extat autem hoc dictum in illius comici Trinummo (quanuis qui commentarios in ipſum Lactãtium ſcripſit, apud eum vſquam extare neget) ita ſcriptum,

De mendico malè meretur qui ei dat quod edat aut
quod bibat.
Nam & illud quod dat perdit, & illi producit vitam

ad miſeriam.
Inuenitur porro apud Nonium eiuſdem poetæ & aliud dictum de mendicitate itidem : quod & ipſum reprehenſione (ſed minore) dignum eſt:
Nam malim moriri meos quàm mendicarier.
Verùm quod ad illam ſententiam attinet, quam deteſtandam eſſe Lactantius ait, ſciendum eſt cum ea conuenire quæ à Menandro & Antiphane dicuntur de eo qui primus egeno artem oſtendit, qua nimirum vitam ſuam ſuſtentaret. Ita enim Menander,

Ὁ πρῶτος εὑρὼν διατροφὴν πτωχῷ τέχνην,
Πολλοὺς ἐποίησεν ἀθλίους. ἁπλοῦν γὰρ ἦν,
Τὸν μὴ δυνάμενον ζῆν ἀλύπως, ἀποθανεῖν.

Antiphanis autem ea de re verſus ſunt hi,

Ὅστις τέχνην κατέδειξε πρῶτος τῶν θεῶν,
Οὗτος μέγιστον εὗρεν ἀνθρώποις κακόν.
Ὅταν γὰρ ἀπορῆταί τις, ἂν μὲν ἀργὸς ἦ
Ἐλθὼν ἀπεκινδύνευσεν ἡμέραν μίαν,
Ὥστ' ἢ γεγονέναι λαμπρὸν ἢ τεθνηκέναι.
Ἡμεῖς δ' ἔχοντες ἀρραβῶνα τὴν τέχνην
Τοῦ ζῆν, ἀεὶ πεινῶμεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν·
Ἐξόν τε μικρὸν διαπορηθῆναι χρόνον,
Τὸν βίον ἅπαντα τοῦτο δρᾶν αἱρούμεθα.

Minimè igitur dubiū eſt quin hos Menandri & Antiphanis verſus itidem reprehenſurus Lactantius fuerit: necnon priorem iſtius Maroniani carminis partem,
Nec doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti:
vtpote quæ itidem id commendet quod hominis eſt minimè hominis appellatione digni, ſed in quandā ferarum naturam degenerantis. Et tamen is cuius extat de viro bono poemation, idem laudandum cēſuit: verba hæc illi tribuens,
--miſeratus egentem
Cur aliquem fracta perſenſi mente dolorem?

Sed hæc illa est ἀπάθεια, eo scilicet qui σοφὸς appellatur digna: siquis σοφὸς esse potest postquam homo esse desiit: id est, humanitatem omnem exuit. Sic Gregorius & Basilius, ille in quodam poematio, hic in elegãtissima quam πρὸς τοὺς νέους scripsit oratiũcula ὅπως ἂν ἐξ Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων, quarundam sententiarum eos admonet à quibus cauere sibi debeant, & quandam illis velut regulam præscribit quam sequentes àb improbis proba discernere queant. Neque verò à Basilio duntaxat & Lactantio aliísque Christianam religionem profitentibus scriptoribus pleraque poetarum dicta reprehensa fuerunt, sed ipsos ethnicos ab aliis itidẽ ethnicis reprehẽdi videmus. Apud Athenæũ certè, libro 3, quidam Cephisodorus Isocratis discipulus, loquens de iis quæ poetæ πονηρῶς dixerunt, ex Sophocle affert hoc dictum, - τὸ μὲν δίκαι' ἐπαίνει, τοῦ δὲ κερδαίνειν ἔχου. Item quod dixit, μηδὲν εἶναι σὺν κέρδει κακόν. Ex Euripide autem, illud, τὴν γ' ὤπιαν ὀμωμοκέναι. Sic Plutarchus in libello quem inscripsit, πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, quasdam sententias esse fatetur in quibus moneri adolescentem oporteat. Postquam enim recitauit hos versus Euripideos,

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν· τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Quos versus Cicero ita vertit,

Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Postquam recitauit & hos,

Τοῦ μὲν δικαίου τὴν δόκησιν ἄρνυσο,
Τὰ δ' ἔργα τοῦ πᾶν δρῶντος ἔνθα κερδανεῖς.

id est (vt suprà sum interpretatus)

Parato iusti tu quidem famam viri,
Sed cuncta facito ferre quę lucrum queant.

Atque his postquam alios quosdam adiecit, subiun-

git, μοχθηροὶ μὲν εἰσι λόγοι καὶ ψευδεῖς, Ἐτεοκλεῖ δὲ καὶ Ἰξίονι καὶ τοκογλύφῳ πρεσβύτῃ πρέποντες. vbi certè declarare vult quod Lactātius dicit in illis quæ paulo antè ex eo attuli, poetam pro persona loquutum esse. Quibus addit, si admoneantur pueri, poetas ista scribere non tanquam laudantes neque probantes, sed quòd improbis hominib⁹ verba improba velint tribuere, futurum vt minimè illis noceat opinio quā de poetis conceperint. M. Tullius tamen mauult in illa de violādo iure sententia ipsum Euripidē quàm Eteoclem reprehendere. Illis enim versibus à se Latinè redditis subiungit, Capitalis Eteocles, vel potius Euripides, qui id vnum solum quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit. Fatetur tamen & ipse alibi quod paulo antè ex Plutarcho & Lactantio docui, nimirum personæ quæ loquitur habēdam poetæ esse rationē. Is enim libro De officiis primo, quum dixisset decorum esse quod ita naturæ consentaneum est vt in eo moderatio & temperantia appareat, cum specie quadam liberali: subiungit, Hæc ita intelligi à philosophis, possumus existimare ex eo decoro quod poetæ sequuntur: de quo alio loco plura dici solent. Sed tum seruare illud poetas dicimus quod deceat, qunm id quod quaque persona dignum est, & fit & dicitur. vt si AEacus aut Minos diceret, Oderint dum metuant: aut, Natis sepulchrum ipse est parens: indecorum videretur, quòd eos fuisse iustos accepimus: at Atreo dicente, plausus excitantur. est enim digna persona oratio. Sed poetæ, quid quemque deceat, ex persona iudicabunt: nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiáque animantium reliquarum. Quocirca poetæ in magna varietate personarum, etiam vitiosis quid conueniat & quid deceat videbunt: nobis autem quum à natura, constantiæ, mode-

rationis, temperantiæ, verecundiæ partes datæ ſint: &c. Quanuis autem hæc dicat, quaſi tamen in illa de tyrannide ſententia, perſonæ & illius de quo hic loquitur decori non habenda eſſet ratio, exclamantem eum audimus, Capitalis Eteocles, vel potius Euripides. Sed eidem poetæ alibi contrà parcere videtur velle, in quadam ex Hippolyto coronato ſententia, quam alii contrà valde exagitant: iſta nimirum,

Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

id eſt,

Iurata lingua eſt, ipſa non iurata mens.

vel,

Iurata lingua eſt, animus haud iuratus eſt.

Siquidem poſtquam dixit, Non enim falſum iurare, peierare eſt: ſed quod ex animi tui ſententia iuraueris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt: addit, Scitè enim Euripides,

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Longè aliud pronuntiāt hoc de verſu plerique ſcriptores, etiam ethnici: adeóque in ipſa quoque comœdia traducitur. Legimus enim in Ariſtophanicis Ranis,

Ἣ φρένα μὲν οὐκ ἐθέλουσαν ὀμόσαι καθ' ἱερῶν,
Γλῶτταν δ' ἐπιορκήσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενός. Sed vt cenſuras ethnicorum omittam, Baſilius elegantiſsimis comparationibus abſurdum eſſe dictum illud oſtendit: ſcribens, εἶτα μουσικὸς μὲν οὐκ ἂν ἑκὼν δέξαιτο ἀνάρμοστον αὐτῷ τὴν λύραν εἶναι, καὶ χοροῦ κορυφαῖος, μὴ ὅτι μάλιστα συνᾴδοντα τὸν χορὸν ἔχειν· αὐτὸς δέ τις ἕκαστος διαστασιάσῃ πρὸς ἑαυτὸν, καὶ οὐχὶ τοῖς λόγοις ὁμολογοῦντα τὸν βίον παρέξεται; Ἀλλ' ἡ γλῶττα μὲν ὀμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος, κατ' Εὐριπίδην ἐρεῖ, καὶ τὸ δοκεῖν ἀγαθὸς πρὸ τοῦ εἶναι διώξεται; Cæterùm vt Cicero illo in loco de periurio loquens, addit, Sicut verbis concipitur, ita legimus apud Plautum, in

Aſinaria,

Vbi verbis conceptis ſciens libenter periuraris.

Idem alioqui, tãquã ad Euripidis dictũ alludens, aut certè mentẽ à lingua itidẽ ſeparans, in Aſin. ſcribit,

Edepol hominẽ infelicẽ, qui patronã comprimat.

Nam ſiquid ſceleſtè fecit, lingua pro illo peierat.

Vbi lingua vocatur patrona, quòd ſuo periurio ei patrocinetur, eúmque tueatur, quoties aliquod ſcelus admiſit. Dicitúrque comprimere linguam qui eam iubet tacere. Siquidẽ duos illos verſus Libani præcedunt hi Leonidæ,

Sed quid ego hîc properans conceſſo pedibus, lingua largior?

Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem?

Sed verbo comprimere vſus eſſe videtur, & dixiſſe Patronam comprimat, vt in ambigua verbi illius ſignificatione ludens. Atque hæc obiter. Vt autem illud Euripidis de lingua dictum in prouerbium abierat, ita etiam Archilochi vulpes prouerbialis fuiſſe videtur: exagitatam quidem certè fuiſſe & ipſam à pleriſq; externis ſcriptoribus cõſtat, ante Baſiliũ. Itidémque ſententiam Lyſandri de aſſuenda pelle vulpina quò leonina non pertingeret, in reprehenſiones multas incurriſſe, ſatis notum eſſe poteſt. Sic apud Ariſtot. Rhet. lib. 2, reprehẽdi videmus iſtam (quam alibi Biãtis ὑποθήκην vocat) δεῖ φιλεῖν ὡς μισήσοντα: atque ita inuerti, δεῖ μισεῖν ὡς φιλήσοντα. Atque adeò tota etiam theatra interdum vnius ſententiæ cauſa aduerſus poetã inſurrexiſſe legimus. Quum hi nouiſsimi verſus, (inquit Seneca, de illis verſibus loquens, Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς, & ſequentibus) in tragœdia Euripidis pronũtiati eſſent, totus populus ad eiiciendum & actorem & carmen cõſurrexit vno impetu: donec Euripides in medium

ipſe profiluit, petens vt ſpectarent viderentque quē admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophōtes quas in ſua quiſque dat. Nulla enim auaritia ſine pœna eſt, quanuis ſatis ſit ipſa pœnarum. Ex Plutarcho etiam in libello πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν poſſumus cōiicere diſplicuiſſe multis improba quædam dicta, quanuis à tragicis ſub quorundam improborum perſona proferrentur. Quemadmodum (inquit) Euripides dixiſſe fertur quibuſdam, in Ixionem vt impium & flagitioſum cō uitia iactātibus, At enim non prius eum è ſcena eduxi quàm rotæ affixiſſem. Verba eius ſunt, οὐ μέντοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον, ἢ τῷ τροχῷ προσηλῶσαι. Quorum verborum quum illum eſſe ſenſum, luce clarius ſit, mirum eſt quēdam olim ita interpretatū eſſe, E ſcena equidē illum facilius eiecerim quàm rotæ affixero. Qua de re ideò monendos obiter lectores putaui, vt illi qui à quibuſlibet interpretibus pēdent, quāto in periculo ſint animaduertere̗nt, ſi in locis etiam iis qui nihil obſcuritatis habent, ita illis imponitur. Cæterùm quanuis hæc de quibuſdam improbis dictis legamus, nōnulla tamen quæ reiicienda itidem fuiſſent, applauſu fuiſſe excepta, cùm ex aliis tum ex eodem Plutarcho diſcimus. Scribit enim de Antiſthene, ὁ μὲν οὖν μάλα τοὺς Ἀθηναίους ἰδὼν θορυβήσαντας ἐν τῷ θεάτρῳ,

Τί δ' αἰσχρὸν εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

παρέβαλλεν εὐθὺς,

Αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ.

Hic enim θορυβεῖν non in malam (vt putarunt interpretes) ſed in bonam ſonare partem, & de acclamatione eorū qui aliquid approbant, dici, ex Serino apud Stobæum liquet: rem eandem narrāte, niſi quòd Platoni tribuit παραδιόρθωσιν quā Plutarchus Antiſtheni. Εὐριπίδης εὐδοκίμησεν ἐν θεάτρῳ εἰπὼν, Τί

δ' αἰσχρὸν αὖ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ; καὶ Πλάτων ἐν-τυχὼν αὐτῷ, ὦ Εὐριπίδη, ἔφη, Αἰσχρόν τό γ' αἰσχρὸν, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ. Quinetiam Cicero itidem scribit, (in eo quē attuli paulo antè loco, ex libro De off.1) Atreo dicente, Natis sepulchrum ipse est parens, plausus excitari: quòd sit digna persona oratio. Verùm quemadmodum dicebat ille philosophus αἰσχρὸν esse αἰσχρὸν, siue tale videretur, siue secus, ita nos dicamus dicta illa quæ antea fuerũt recitata, & quæcũque illis sunt similia, esse nõ solùm αἰσχρὰ, sed etiã Νέοισι σφαλερὰ, κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ. Ergóne hæc etiã χρηστὰς γνώμας annumerãda erunt? Quomodo impuræ istæ sententiæ nobis παραινετικαὶ esse poterunt? Nisi fortè & ad vitia esse aliquas παραινέσεις, & humanum ingenium egere illis iudicemus. Et tamen illa iampridem consuetudo inualuit, vt inter sententias morales & ἠθοποιοὺς ea omnia dicta & quæ illis sunt similia ederentur. Adolescentum saltem & iuuenum habenda ratio erat, quorum manibus huiusmodi libri teri solent. Nam quemadmodũ Terentius ingenium omniũ hominum à labore procliue ad libidinem esse tradit, ita certè eorum ingenium, ac præsertim quorum tenera adhuc est ætas, à virtute ad vitium, vel potius ad vitium multo magis quàm ad virtutem procliue & propensum esse, nemo est qui ignoret. Ideóque non solùm dicendum est cum Iuuenale, --maxima debetur puero reuerentia siquid Turpe paras: (sicut Plato ante eum dixerat De leg. lib. 5, τοὺς πρεσβυτέρους debere αἰσχύνεσθαι τοὺς νέους) sed etiam, --siquid Dicere turpe paras. Obiiciet fortasse quispiam, Stobæum quoque Græcorum poetarum dicta vtriusque generis collegisse, non ea tantummodo quæ virtutis commendationem haberent. Sed præterquam quòd nequaquam γνωμῶν titulo illa omnia inclusit, nec se γνώμας duntaxat af-

ferre professus est, (licet γνωμολογίαν quidam librũ eius inscribant: quum alioqui multa ibi sint alienissima ab ea de qua Sextum philosophum dixi scribere, τὴν ὄντως κρατίστην καὶ ἠθοποιὸν φιλοσοφίαν ἀπὸ τῆς παρὰ τοῖς ποιηταῖς γνωμολογίας τὴν ἀρχὴν ἐρρίζωσθαι) nequaquã ea dicta quæ verè γνωμικὰ sunt, aut etiam γνωμικώτατα , cæteris permiscuit : quin potius ab eo, tanquam malo suam adhibere medicinam volente, ἐπαίνους & ψόγους inter se committi videmus, & quidẽ ita vt vitium semper virtuti cedere cogatur. Quum autem id collectores illi non facerent, debebant saltem notam quampiam, qua proba dicta discernerent ab improbis, apponere, & qua monerent,

Hic fossa est ingens, hîc rupes maxima: serua.

Equidem nisi magnum ex dictis huiusmodi periculum teneræ ætati immineret, non tam accuratè Plutarchus librum quo commonefierẽt, scripsisset: eum inquam, cui titulum fecit, πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν: cuius & in superioribus mẽtionem feci. Iam verò & hoc auget periculum, quòd nõ in ipso poemate talia legantur: ita vt personæ quæ loquitur haberi possit ratio , sicut habendam esse non solùm ex eo, sed etiam ex Marco Tullio docui : vel eius tandem miserabilis exitus spectari. cuius ab ore nefaria quæpiam & impia verba prodierint (quemadmodum videlicet Euripides , quum propter illos eius versus qui ingẽtes illas auri laudes continebant, totus populus ad eiiciendum & actorem & carmẽ cõsurrexisset vno impetu , in medium prosiluit, petens vt viderent quem admirator auri exitum faceret) sed extra ipsum poema legenda proponantur, miniméque vlla cautio adhibeatur.

HAEC AVTEM quum ita sint , improbis illis sententiis (quæ commemoratæ suprà fuerunt)

probas opponamus, ipsius etiam Plutarchi exemplo. Petulantiam illius dicti auarorum,

O ciues ciues quærenda pecunia primùm est,
Virtus post nummos:

coerceamus isto,

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.

Necnon isto,

Ipsa quidem virtus, sibimet pulcherrima merces.

Hoc quoque,

--nobilitas sola est atque vnica virtus.

Illum autem auarum qui dicit,

--lucri bonus est odor ex re Qualibet,

obmutescere cogamus, occinentes,

Malè partum, malè disperit.
Item, Non habet euentus sordida præda bonos.

Quinetiam hæc opponamus ex soluta oratione, Malè parta, malè dilabuntur.

Apud Græcos poetas itidem illi auaro qui dicit,

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν. Id est,
Modò faciam lucrum, improbum dici sine.

Dicenti item,

Τὸ κέρδος ἡδὺ, κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἔῃ, Id est,
Est dulce lucrum, etiam quod ex mendaciis:

opponamus hunc versum,

Οὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι. Id est,
Afferre fructum non solent mendacia.

Opponamus & istos,

Μὴ πάντοθεν κέρδαινε· σαυτὸν αἰσχυνοῦ.
Τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν, ἔχει φόβον. Id est,
Ne ex quolibet lucra re: te pudeat tui.
Iniquè opes partæ afferunt secum metum.

Hos quoque,

Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωμένους. Id est,
Nam parta lucra non honestis artibus

Obesse quàm prodesse pluribus vides.

Adiungamus & hos,

Τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει
Μικρὰς, ἔπειτα δ' ὕστερον λύπας μακράς. Id est,
Lucris iniquis sunt voluptates breues,
Tandémque longus illa mœror excipit.

Adiicere possumus etiam hos,

Ὅτ' ἐκ πονηροῦ πράγματος κέρδος λάβοις,
Τοῦ δυστυχεῖν νόμιζ' ἀῤῥαβῶν' ἔχειν. Id est,
Quum lucra comparabis ex re non bona,
Arrham te habere credito infortunii.

Necnon istos,

Ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ χρήματ', ἢν βούλῃ πολὺν
Χρόνον μελάθροις ἐμμένειν· τὰ δ' ἀδίκως
Οἴκους εἰσελθόντ', οὐκ ἔχει σωτηρίαν. Id est,
Ne comparato per nefas vllas opes,
Has si manere vis in ædibus diu.
Nam per nefas quæsita, salua non manent.

His quoque possent adiungi & alia, quæ illis auaris aut auarorũ patronis tãtopere pecuniam suspicientibus & laudantibus, os occluderent: sed ea hic ipse libellus alibi lectori suppeditabit. Quod autem ad illas sententias attinet quas humanitati tantopere aduersari dixi, vtpote inopũ misereri nos vetantes: itidémque quod ad quædam Stoicorum attinet dicta, quibus immanis cuiusdam *ἀπαθείας* nobis esse volunt autores: ac nominatim id quo scribunt, *μὴ δεῖν συγγνώμην ἔχειν μηδενὶ τὸν νοῦν ἔχοντα*: aptissimè illis opponi queat vel breue illud Phocionis dictum, *οὔτε ἐξ ἱεροῦ βωμὸν, οὔτε ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀφαιρετέον τὸν ἔλεον.* Opponi etiam possint illæ Biãtis lacrymæ, ab eo post latam aduersus quendam capitis sentẽtiam emissæ: & ab eo ita excusatæ, quòd diceret se iustitiæ & naturæ, vtrique quod suum esset tribuere. vel (vt apud Stobæum referuntur eius

verba, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστι τῇ μὲν φύσει τὸ συμπαθὲς ἀποδοῦναι, τῷ δὲ νόμῳ τὴν ψῆφον.

COLLEGI autem quas hîc leges γνώμας, partim ex Stobæo, partim ex aliis ſcriptoribus. Verùm in Stobæo plerunque Stobæum ſequutus non ſum: id eſt, quaſdã gnomas minimè ad ea capita retuli ad quæ referri ab ipſo videmus: (ſi modò ipſemet eò retuliſſe credendus eſt) quippe quæ ad ea minimè pertineant. Cuius rei exempla quædam hoc in opuſculo propoſui, plura in editione ipſius Stobæi (Deo fauente) propoſiturus: ſimúlque de pleriſque locis perperam Latino ſermone redditis lectorem moniturus. Animaduerti porro tragicos poetas commune hoc inter ſe habuiſſe in pleriſque gnomis, vt iis hæc verba præfigerẽt γινώσκων ὅτι, vel γινώσκουσ' ὅτι: ſiue τοῦτο γινώσκων, aut τοῦτο γινώσκουσα. Sic apud Euripidem in Medea legitur,

-γινώσκων ὅτι Πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ.

Sic apud Sophoclem, in Electra pag. 124, meæ editionis,

--τοῦτο γινώσκουσ' ὅτι
Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι.

Itidémque Menander apud Stobæum, capite περὶ ἀνδρείας (niſi eius nomen pro alio poſitum eſt)

- τοῦτο γινώσκων ὅτι
Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει.

Interdum verò nõ participium ſed verbum tali loco adhibetur. vt apud AEſchylum in Prometheo vincto, pag. 27,

Οὐκοῦν Προμηθεῦ τοῦτο γινώσκεις, ὅτι
Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;

Quinetiam verbũ μαθεῖν hunc vſum interdum habet. vt apud Sophoclem in Antigone, pag. 227,

--καὶ μάνθαν' ὅτι
Οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν.

Ad Latinas verò sententias quod attinet, si libellis qui vulgò circunferuntur sub titulo sentētiarum veterum poetarum, fidem habuissem, miniméque singula dicta excussissem, multo etiam magis quàm in Græcarum collectione peccauissem. Ibi enim ad quosdā communes locos referuntur plerunque nonnulli versus qui ab illis longè sunt alienissimi: interdum quòd quum vocabulum habeant cuius duplex est significatio, is qui collegit vel duplicē esse ignorarit, vel vtra conueniret loco, iudicare non potuerit: veluti quum hic versus,

Tarda solet magnis rebus inesse fides,

permiscetur his,

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Nonnunquam verò quòd cum verbis poetæ ad illum communem locum pertinentibus, quædam ex iis etiam quæ apud eum vel præcedunt vel sequuntur, simul afferantur, non itidem tamen eò pertinentia, sed potius omnino aliena: vicissímque aliquando omittantur ex sequentibus vel præcedentibus nonnulla quæ addere oportuerat. Denique & quòd interdū (qui error multo maior ac periculosior est) poetæ cuiuspiam verba in quibus aliquid διηγηματικῶς dicitur, ita accipiantur quasi ἀποφαντικῶς & γνωμικῶς loquutus esset, & non loco illi poetæ peculiare, sed generale dictum illud esset. Tale est hoc, ex Nasone, Fast. lib. 2,

Fraude perit virtus.

Hæc enim verba inter illa ponuntur quæ aliquam de virtute gnomen continent: perinde videlicet ac si Naso dixisset virtutem solitam esse fraude perire. Atqui (vt omittam virtutem hîc ad fortitudinem restringi, ideóque malè hoc in loco, sicut aliis plerisque, illum sententiarum collectorem hanc virtu-

tis ſignificationem, quam non animaduertebat, cum altera quæ generalis eſt, confudiſſe) non hæc poetæ eſt mens, virtuti omnium ſemper hoc cõtingere, ſed narrat quod virtuti id eſt fortitudini quorundam accidit, nimirum vt fraude periret. quum enim dixiſſet,

--vbi vincere apertè
Non datur, inſidias armáque tecta parant:

quibuſdam interiectis addit,

Sic Fabii vallem latis diſcurſibus implent,
Quódque vident ſternunt: nec metus alter ineſt.
Quò ruitis generoſa domus? malè creditis hoſti.
Simplex nobilitas perfida tela caue.
Fraude perit virtus. in apertos vndique campos
Proſiliunt hoſtes, & latus omne tenent.
Quid faciant pauci contra tot millia fortes?
Quídue quod in miſero tempore reſtet, adeſt?

Ex quibus, Fabiorum virtutem dici perire fraude, non autem καθολικῶς & γνωμικῶς de virtute hoc dixiſſe poetam: & virtutẽ hic ad fortitudinis ſignificationem reſtringi, manifeſtum eſſe poteſt.


Verùm de huiuſmodi erroribus alibi fuſiùs, quinetiam de ſententiis ſiue gnomis quas Latini ſcriptores, ac præſertim poetæ, à Græcis, aut etiam ab eiuſdẽ linguæ poetis mutuati ſunt, diſſerere ſtatui. Quòd ſi vacauerit, hiſtoricorum quoque ſententias, non minus fortaſſe poeticis (ad prudentiam quidem certè) vtiles futuras, alio libello complecti conabor. Hoc autem in opuſculo habebis quibus interim frui poſsis. Vale.



POETARVM
vtriusque linguæ sententiæ, seu gnomæ de virtutibus.

Græcis versibus subiungitur interpretatio Henrici Stephani: cuius etiam est hæc ex vtrisque poetis collectio.

ΠΕΡῚ ἈΡΕΤΗ͂Σ.
DE VIRTVTE.



EVRIPIDIS.

Ἀρετὴ, μέγιστον τῶν ἐν ἀνθρώποις καλόν.
In rebus hominum pulchrius virtute nil.

Eiusdem.

Οὐκ ἔστιν ἀρετῆς κτῆμα τιμιώτερον.
Οὐ γὰρ πέφυκε δοῦλον οὔτε χρημάτων,
Οὔτ' ἀσφαλείας, οὔτε θωπείας ὄχλου.
Virtute nulla potior est possessio.
Pecuniæ non seruit, haud est indiga
Securitatis, non adulat quempiam.

SOPHOCLIS.

Ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι.

Nam sola virtus, stabilis est possessio.

EVRIPIDIS.

Α'ρετὴ δὲ, κἂν θάνῃ τις, οὐκ ἀπόλλυται,
Ζῇ δ' οὐκ ἔτ' ὄντος σώματος· κακοῖσι δὲ
Α'παντα φροῦδα συνθανόνθ' ὑπὸ χθονός.

Haud interit virtus, nec ubi quis interit,
Sed est superstes corpori: contrà improbis
Commortua tegit ipsa tellus omnia.

ZENODOTI.

Κηρύσσετ' αἰεὶ ἡ ἀρετή· κακὸς δ' ἀνὴρ
Σιγηλὸν ἔχει ζῶν τε καὶ θανὼν βίον.

Præcone virtus nunquā eget: contrà improbi
Tam vita quàm mors in silentio iacet.

INCERTI AVTORIS.

Ὅπλον μέγιστον ἐστὶν ἡ ἀρετὴ βροτοῖς.

Arma esse virtutem putes fortissima.

INCERTI AVT.

Α'ρετὴ δ' ὅσῳ περ μᾶλλον ἂν χρῆσθαι θέλῃς,
Τοσῷδε μᾶλλον αὔξεται τελειουμένη.

Virtutis usus quo tibi frequentior,
Perfectum eo magis euehetur ad gradum.

EVRIP.

Ὀλίγοι δ' ἐσθλοὶ κρείσσονες πολλῶν κακῶν.

Pauci improbis præstant probi quamplurimis.

INCERTI AVT.

Ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι θεός.

Viro bono dat id quod est bonum deus.

INCERTI AVT.

Γνώμης γὰρ ἐσθλῆς ἔργα χρηστὰ γίνεται.

Proba illius sunt facta cui mens est proba.

INCERTI AVT.

Ἀνὴρ δὲ χρηστὸς χρηστὸν οὐ μισεῖ ποτέ.

Non odit vnquam vir probus virum probum.

INCERTI AVT.

Βέλτιόν ἐστι σῶμά γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν.

Deterior animi morbus est quàm corporis.

EVRIPIDIS.

Τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ ἃς χρεών σ' ἀσκεῖν ὦ τέκνον,
Θεούς τε τιμᾶν, τούς τε θρέψαντας γονεῖς,
Νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος. καὶ ταῦτα δρῶν,
Κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί.

Te colere virtutes decet tres has puer.
Deos parentésque à quibus nutritus es
Honore prosequi, atque leges Græciæ.
Coronam habebis gloriæ pulcherrimam.

CARCINI.

Ἀσκεῖν μὲν ἀρετήν, εὐτυχεῖν δ' αἰτεῖν θεούς.
Ἔχων γὰρ ἄμφω ταῦτα, μακάριός θ' ἅμα
Κεκλημένος ζῆν κἀγαθὸς δυνήσεται.

Colenda virtus, fors petenda prospera
A diis. Vtrunque si queas nanciscier,
Et vir beatus vixeris & vir probus.

HESIODI.

Τὴν μέν τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως. ὀλίγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Quos Hesiodi versus quòd ab aliis Latinè redditos inuenissem, interpretādi labore lubens supersedi: quum is quem illi sumpsissent, talis esse videretur cuius eos minimè pœnitere deceret: præsertim si diuersas hasce interpretationes ita legeret lector quasi mutuas operas sibi tradere deberent. Cæterùm is cuius est proximè sequēs interpretatio, primum versum iunxit cum hoc præcedente, Σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω μέγα νήπιε Πέρση. Ita enim totam hanc sententiam vertit,

Hæc quoque quæ referam stultissime concipe frater,
Quàm facilè innumeras vitiorum amplectimur artes.
Haud procul illa habitant: breuis est via qua sit eundum.
Est via virtutis contraria: sudor anhelus
Hanc sequitur, quæ se scopulosis ardua cliuis

In longum prorumpit iter. riget aspera primo
Ingressu, leuis est postquam alta cacumina tanges.

Alius quidam ita est interpretatus,

Scilicet ignauæ facilè licet otia vitæ
Prędas: plana via est, nec te procul ire necessu.
At virtutis iter sudoribus obuallarunt
Dij: nā lōga simul viáque ardua ducit ad ipsā,
Asperitate graues aditus quæ fronte recludit
Prima, sed facilis superato vertice tādem est.

Quatuor autem postremos versus ita quidam alius reddidit,

Contrà virtutem sudoribus vndique diui
Præsepsere, & longus ad hanc pérque ardua callis,
Asper & est primùm: sed vbi alta cacumina victor
Contigeris, iam fit facilis, licet ardua dudum.

Quinetiam is cuius extat de litera Pythagoræ poemation, ex parte versus illos interpretatus est: vbi canit,

Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callē,
Difficilémque aditum primùm spectantibus offert:
Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
Molle ostendit iter via lata: sed vltima meta
Præcipitat captos, voluítque per ardua saxa.

Quisquis enim duros casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudémque decúsque parabit:
At qui desidiā luxúmque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos incauta mente labores,
Turpis inópsq; simul miserabile transiget auū.

Fortaſsis autem ad illud Heſiodi dictum reſpexit & Naſo, vbi cecinit *-tendit in ardua uirtus*. Item, *Ardua per præceps gloria uadit iter.* Quinetiam Silius dixit itidem, *Ardua uirtutem profert uia.* Apud eundem extat deſcriptio in qua ad iſtam Heſiodeam alluditur. Illius primus eſt verſus, *Aſpera ſaxoſo perducit ſemita cliuo.*

THEOGNIDIS.

Quanuis inter Theognidis verſus hi reperiantur, à Plutarcho tamen & Baſilio Soloni tribuuntur.

Πολλοὶ μὲν πλουτοῦσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται.
Ἀλλ' ἡμεῖς αὐτοῖς οὐ διαμειψόμεθα
Τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον. ἐπεὶ τὸ μὲν, ἔμπεδον αἰεὶ,
Χρήματα δ' ἀνθρώπων ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

Diuitiæ plerisque malis, probus indiget ære.
Virtutem nullis ast ego diuitiis (firma,
Commutare velim. manet omni hæc tempore
Vnus quas habuit, mox habet alter opes.

DE VIRTVTE.

HORATII.

Virtus eſt vitium fugere.

Eiuſdem.

Virtus eſt medium vitiorum, & vtrinque

reductum.

Eiuſdem.

Vilius argentum eſt auro,virtutibus aurũ.

IVVENALIS.

-nobilitas ſola eſt atque vnica,virtus.

HORATII.

Oderunt peccare boni virtutis amore.

NASONIS.

-tendit in ardua virtus.

Eiuſdem.

Inuia virtuti nulla eſt via.

SENECAE.

Nunquam Stygias fertur ad vmbras
Inclyta virtus.

HORATII.

Virtus repulſæ neſcia ſordidæ,
Intaminatis fulget honoribus:
Nec ſumit aut ponit ſecures
Arbitrio popularis auræ.
Virtus recludens immeritis mori
Cælum,negata tentat iter via:
Cœtúſque vulgares & vdam
Spernit humum fugiente penna.

CLAVD.

Ipſa quidem virtus pretiũ ſibi: ſoláque latè
Fortunæ ſecura nitet:nec faſcibus vllis
Erigitur,plauſúve petit clareſcere vulgi:
Nil opis externæ cupiẽs,nil indiga laudis:

Diuitiis animosa suis: immotáque cunctis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.

SILII.

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

NASONIS.

Iudice te mercede caret, per séq; petẽda est
Externis virtus incomitata bonis.

PLAVTI.

Virtus præmiũ est optimũ: virtus omnibus
Rebus anteit profectó.

Eiusdem.

Qui per virtutem peritat non pól interit.

Eiusdem.

Is probus est quem nõ pœnitet quàm probus sit & frugi bonæ.

HORATII.

Virtutem incolumem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

SENECAE.

Non est gemẽdus nec graui vrgendus nece
Virtute quisquis abstulit fatis iter.

Eiusdem.

Virtus in astra tendit, in mortem timor.

Eiusdem.

Nunquam potest non esse virtuti locus.

IVVENALIS.

semita certè
Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.

SENECAE.

--sola perpetuò manent
Subiecta nulli mentis atque animi bona.

Extant etiam sentẽtiæ de virtute, in quibus virtus fortitudinem declarat: quales sunt quædã Virgilianæ quas in capite de fortitudine habebis. Sic in ista Publiana, *Ducis in consilio posita est virtus militum.* Existimatúrque prima esse illa nominis huius significatio, vtpote à viro deducti: præsertim quum hac ipsa viri appellatione fortem nonnunquam intelligi constet. Sed & Græcis sua ἀρετὴ eodem modo ἀνδρείαν aliquando sonat, non tantùm apud Homerum alióśque poetas, sed interdum quoque in soluta oratione: ac potissimùm apud Thucydidem. Quinetiam iustitia interdum peculiariter significatur virtutis appellatione. Nonnunquam virtus de prudentia peculiariter intelligitur. vt in hoc Nasonis versu, *Non minor est virtus quàm quærere, parta tueri.* Aliquando de temperantia seu continentia: vt quum idem canit, *Est uirtus, placitis abstinuisse bonis.* Sic in isto versu Flacci, *Quæ uirtus & quãta bonis sit uiuere paruo.* Itidémque ἀρετὴ apud Græcos has significationes alicubi habere cõperitur. Et, quod magis mirũ est, aliquãdo ἀρετὴ illorũ poetis δόξαν, vel δύναμιν, vel εὐτυχίαν declarat: etiam Plutarcho teste in libello quem inscripsit πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν. Iuuenis (inquit) quum legit, Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε: item, -πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ, ne ibi resistat, diuites admiratione atque adeò stupore prosequens, quasi protinus virtutem pecunia venalem habeant: neque prudentiam suam à fortuna augeri aut deprimi posse existimet: sed virtutem appellasse poetam gloriam, vel potentiam, vel felicitatem, vel aliquid simile, arbi-

tretur. Hæc autem quum ita ſint, certo conſilio, eóque bono, pleraſque ſententias περὶ ἀρετῆς à Græcis, de virtute à Latinis ſcriptas, à me in alia capita reſeruari, vel prorſus etiam prætermitti, iudicet lector.



ΠΕΡῚ ΦΡΟΝΉΣΕΩΣ.

DE PRVDENTIA.

Φρονήσει (id est prudentiæ) datus meritò fuit primus locus, quòd eam quidã philosophi(ex quibus est Plato) ἡγεμόνα vocauerint,id est ducẽ siue principem: atq; adeò cæteras absq; hac inutiles esse dixerint:si tamẽ fieri potest vt aliquis qui hac careat, cæteris præditus sit. Vnde legimus apud M. Tulliũ, sine prudentia ne intelligi quidem vllam virtutem posse:& alibi,nullam virtutẽ prudentia vacare. Cæterùm in his gnomis non exigẽda est ad exactæ definitionis normã σοφίας appellatio. Alioqui enim(vt dixit Xenocrates) σοφία est ἐπιστήμη τῶν πρώτων αἰτίων καὶ τῆς νοητῆς οὐσίας. Sed idem in suo περὶ φρονήσεως libro scripsit φρόνησιν esse duplicem: vnam, πρακτικὴν: alteram, θεωρητικὴν: quam esse σοφίαν humanam. Atque ita σοφία quidẽ fuerit φρόνησις:sed non omnis φρόνησις fuerit σοφία. Coniungit itidem M.Tullius prudentiam cum sapientia, De off.lib.1. Quum enim perspiciẽtiam veri solertiámque dixisset,(περὶ φρονήσεως intelligens) paulo pòst sapiẽtiæ & prudentiæ indagationem atque inuentionem veri tribuit. Quinetiã φρόνησιν apud Epicurũ interpretatur sapientiã. Alioqui propriè loquẽdo, vnã ab altera distingui cõstat. atque adeò ipsemet discrimen inter illas agnoscit, cùm alibi, tũ verò De off.lib.2, non procul à fine, Princépsque omniũ virtutum est illa sapientia quam σοφίαν Græci vocant. Prudentiã enim,quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarúmque scientia. Illa autem sapientia quam principem dixi, rerum est diuinarum atque humanarum

ſcientia; in qua continetur deorum & hominum cō- munitas & ſocietas inter ipſos. Vbi obſeruandum etiam eſt vocari ab eo virtutum principem nō φρόνησιν, ſed σοφίαν; quum tamen à Platone & quibuſdam aliis περὶ φρονήσεως dictum id fuerit.

MENANDRI.

Ἅπαντα δοῦλα τῷ φρονεῖν καθίσταται.
Prudentia ſibi ſerua reddit omnia.

INCERTI AVT.

Ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἐστ' ἀεί.
Eſt maximum ſemper bonum prudentia.

AGATHONIS.

Ἀλλ' ἡ φρόνησις ἡ ἀγαθὴ θεὸς μέγας.
Eſt vera numen maximum prudentia.

SOPHOCLIS.

Ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, ὁ νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ.
Quod eſt in oculo viſus, id mens in anima eſt.

INCERTI AVT.

Ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὁ νοῦς.
Validum animo frenum inijcit prudentia.

INCERTI AVT.

Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἢν μὴ νοῦς παρῇ.
Doctrina quàm vana vbi deeſt prudentia.

AESCHYLI.

Ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πόλλ' εἰδὼς, σοφός.
Ille ſapiens qui vtilia, non qui multa ſcit.

SOPHOCLIS.

Φρονοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ

Κέρδος λαβεῖν ἄμεινον, οὐδὲ νοῦ σοφοῦ.
Vllum euenire mente maius prouida
Lucrum & sagaci non queat mortalibus.

EVRIP.

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖστον κακόν.
Consilio ab vno plurima manus bono
Vincuntur: ingens est malum turba inscia.
Vtor autem nomine inscia sine adiectione, eodem modo quo Liuius, vbi insciã & temerariam turbam dicit.

SOPHOCLIS.

—οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς
Οὐδ' εὐρωνῶτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι,
Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ.
—non enim tutissimus
Cui corpus est amplum & humeri latissimi,
Sed vincere solent qui valent prudentia.

EVRIPIDIS.

Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος
Κακῶς ἐμέμφθης. καὶ γὰρ εἰ φρονεῖν ἔχω,
Κρεῖσσον τόδ' ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος.
De debili isto, fœmina ceu, corpore,
Iniuria es questus. si enim prudentia
Mihi est, valentibus potior est brachiis.

Eiusdem.

—κἂν βροτοῖς

Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.

-est & hominū Prudētior secūda cogitatio.

Eiusdem.

Τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν

Εἰς συμφορὰν ἴσησι πολλοὺς δὴ βροτούς.

Præceps subitáque mentis hæc agitatio

Aduersa multa sæpe fert mortalibus.

INCERTI AVT.

Βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά.

Factus aliorum sum peritus ex malis.

INCERTI AVT.

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.

Est mihi odio sapiens sibi qui non sapit.

In iis qui sequuntur versibus vituperatur ἀφροσύνη, sicut in præcedentibus laudatur φρόνησις. Non visum est autem necesse illos ab his aliter separare, sed titulo qui est περὶ φρονήσεως subiungere: quoniā cōtrariorum eādem esse disciplinam scimus, & cōtraria contrariorum esse consequentia, vt loquitur Marcus Tullius. Nemo igitur melius virtutē laudare potest, quàm vitium vituperando: aut vicissim vituperare vitium, quàm virtutem laudando: imò qui vnum horum laudat, alterum tacitè vituperat. Adeò vt Horatius nullam istā meliorē virtutis definitionem inuenerit, *Virtus est vitium fugere.* Cui similis est proximè sequens, *-& sapientia prima, Stultitia caruisse.* Conuertēda igitur sunt quæ hîc περὶ ἀφροσύνης vel ἀνοίας, vel μωρίας, dicūtur, vt ad φρόνησιν transferantur. Exempli gratia, si Οὐ ζῶσιν οἱ τὶ μὴ συνιέντες σοφόν, vicissim οἱ σοφοὶ vel οἱ φρόνιμοι

οἷός τ' ἀνήρ,
ἔχων.
loquens simul,
malus.

χεροῖν
λη.
enu
quis excutit.

πεσθαι δ' ἃ δεῖ.
tia,
cere quæ decet.

χῶν ἄφρων.
de.

εὖ λέγειν.
quam probat

θαι δοκεῖ.
exitu.
poni, vt intelli-

gamus οὐ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ, sibi, vel aliis.

RHIANI.

Ἦ ῥ' ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα
Ἄνθρωποι, φέρομεν δὲ θεῶν ἑτερόρροπα δῶρα
Ἀφραδέῃ κραδίῃ. βιότοιο μὲν ὅς κ' ἐπιδευὴς
Στρωφᾶται, μακάρεσσιν ἐπὶ ψόγον αἰνὸν ἰάπτει,
Ἀχνύμενος· σφετέρην δ' ἀρετὴν καὶ θυμὸν ἀτίζει,
Οὐδέ τι θαρσαλέως νοέειν ἔπος, οὐδέ τι ῥέξαι
Ἐρριγώς, ὅθι τ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι παρέωσι·
Καί οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφείη καὶ ὀϊζύς.
Ὃς δέ κεν εὐόχθῃσι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζῃ,
Καὶ πολυκοιρανίην, ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν
Ποσσὶν ἐπιστείβει, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες.
Ἀλλ' ὑπεροπλίῃ τε καὶ ἁμαρτωλῇσι νόοιο
Ἶσα Διὶ βρομέει· κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
Καίπερ ἐὼν ὀλίγος. μνᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην,
Ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε,
Ὥς κε μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζῃ.
Ἡ δ' Ἄτη ἁπαλοῖσι μετατρωχῶσα πόδεσσι,
Ἄκρῃς ἐν κεφαλῇσιν αἰώϊστος καὶ ἄφαντος,
Ἄλλοτε μὲν γραίῃσι νεωτέρη, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὁπλοτέρῃσι γρηῦς ἐφίσταται ἀμπλακίῃσι,
Ζηνὶ θεῶν κρείοντι, δίκῃ τ' ἐπίηρα φέρουσα.

Nēpe hominū mētes cunctorū errore tenētur,

Donatámque sibi Vtrauis è lance deorum
Excipiunt sortem prudenti pectore nulli.
Nam qui pauperie premitur, queribundus oberrat,
Inque ipsos etiam iactat conuitia diuos.
Abiiciénsq; animi fuerat quodcũque Virilis,
Tentare haud quicquam, Verbũ mussare nec audet,
Sed trepidat simulatque hominum Videt ora potentum.
Sic animũ illius rodunt squalórque dolórque.
At cõtrà superûm quẽ dextera larga beauit,
Cuique dedit latè dominari, haud iam memor ille est
Se calcare solum, mortaléSque esse parentes.
Trãsuersámque rapit Vesana superbia mentẽ
Vt fremat æqua Ioui: quãuis et corpore paruus
Attollit ceruice caput: tandémque Dianæ
Fit procus atque Viã sibi iam molitur ad ædes
AEthereas, Vt ibi fiat conuiua deorum.
At teneris Ate sequitur Vestigia plantis,
Quæ capiti incũbẽs inopina, & lumina fallẽs.
Delictóque seni quandoque superuenit annis
Ipsa Virens, iuueni quandoque ætate senili:
Iustitiæ atque Ioui officiũ peramabile præstãs.

INCERTI AVT.

Ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.
Vel guttam habere mauelim prudentiæ,

Fortunæ habere quàm profundum gurgitem. Versus hic effictus fuit ad formam alius habentis planè contrariam sententiam: huius videlicet, Θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον. Id est, *Fortunę habere malo uel guttā unicam, Quàm vel refertum doliū prudentia.* Posset & ita reddi vnico versu, interpretando φρένας animum, *Plus dolio animi stilla fortunæ placet.* Ambos autem versus ita refert quidam: nimirum Gregorius, si bene memini.

Ἔφησέ τις που τῶν φιλοχρύσων τάδε,
Θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.
Πρὸς ὃν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων,
Ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.

EVENI.

Πρὸς σοφίᾳ μὲν ἔχειν τόλμαν μάλα σύμφορον ἐστι,
Χωρὶς δὲ βλαβερὴ, καὶ κακότητα φέρει.


Cum prudēte iuuat permultū audacia mēte,
Mente carens multis est ea causa malis.

HESIODI.

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Quod antea feci in iis versibus eiusdem poetæ, qui de vitio & virtute scripti sunt, idem & in his faciam, vt aliorū interpretationes lectori proponā

Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro,
Prospiciens rerum fines, meliora sequutus.
Dignum laude virum parentem recta moneti
Credimus: ille autē sibi qui nō consulit, aut qui
Alterius praecepta fugit, vir inutilis extat.



Optimus ille quidem est qui per se mente animóque
Omnia perlustrat quae sint meliora futura
Postea, ad extremae vsque nouissima tempora vitae.
Estque adeò ille bonus, monitis qui obtemperat vltro
Rectè suadentis: verùm deterrimus ille est
Qui neque consiliū per se capit, ingenij expers,
Nec monita alterius sequitur, neque mente recondit.

Optimus est sese qui nouit cuncta magistro,
Ad finem vsque videns quae semper sunt meliora.
Ille etiam bonus est, alium qui recta monentē
Audit, & inuentis ponit vestigia laetus.
At cui consilium sua nec prudentia donat,
Inducítque animum voces contemnere veras,
Is nunquam frugi fuerit, sed inutilis orbi.

Superest mihi & quarta interpretatio quae est Ioachimi Perionii Cormœriaceni Benedictini: sed quam tum leges Quum ridere voles monachali de grege bardum. Is enim dum non solùm Ciceronia-

nus audire vult, ſed etiã Virgilianus, non ſolùm Ciceronis verba obtorto (quod aiũt) collo ad Ariſtotelicorum interpretationem trahit, ſed in Virgilianis idem audet: vt hîc videbis: vbi dubius eris primúmne an ſecundum verſum maiore riſu proſequi debeas.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas,
Et duris optata tulit ſolatia rebus.
Fortunatus & ille, alium qui recta monentẽ
Audit, & iuuentis ponit veſtigia lætus.
Qui rebus non conſulit ipſe cadentibus vltrò,
Inducitque animũ voces contemnere veras,
Ille quidem inuiſus diuis & inutilis orbi eſt.

Qui ſequuntur verſus, non tã ad prudentiã, (propriè loquendo) quàm ad ſolertiam pertinent: ideóque ſic à cæteris ſeiungere placuit, vt tamẽ ad eundem titulum ſeu caput idem referrentur. præſertim quum ſapientiam quoque de ſolertia dici à veteri poeta Titinnio videamus: hoc in verſu, *Sapientia gubernator nauem torquet, non valentia.* Minimè enim dubium eſt quin hoc minus propriè ſapientiæ aut prudentiæ tribuatur quàm ſolertiæ: quæ μῆτις ab Homero vocatur in proximè ſequenti verſu, eo ipſo quem ille poeta expreſsit.

HOMERI.

Μήτι τοι δρυτόμος μέγ᾽ ἀμείνων ἠὲ βίηφι·
Μήτι δ᾽ αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι·
Μήτι δ᾽ ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο.

Quorum verſuum duas interpretationes meæ præ-

figam:quarum prior hæc eſt,Vincentii Obſopœi,

-non vt ſed fiſſile lignum
Scinditur ingenio:mediis in fluctibus actam
Ipſe gubernator puppim regit arte magiſtra:
Sic comes aurigam currentem præterit aſtu.

Poſterior hæc, eſt Eobani Heſsi,

-fabri quoque fiſſile lignum
Arte ſecant,& conſilio quàm viribus vſi
Rectius: alta maris turbãtibus æquora vẽtis,
Arte regunt naues nautæ,non viribus vllis.
Ingenio aurigas auriga laude minores
Vincere ſæpe ſolẽt, lõgéque relinquere victos.

Mea autem interpretatio (in qua vno eodémq; nomine Latino ſolertia vbique vſus ſum, vt Homerus vno eodémque Græco μῆτις)eſt hæc,

Cædenda in quercu ſuperat ſolertia vires:
Velocémque ratẽ,venti quã flamina pulſant
Per mare cæruleum,ſolertia ſola gubernat:
Reddit ab auriga aurigam ſolertia victum.

At ille vetus poeta cuius paulo antè facta mentio fuit,Homerico verſui à ſe reddito ſuum ſubiunxit, in quo alio exemplo vtitur. In Homerici autẽ carminis interpretatione μῆτιν,ſapiẽtiam,βίην valentiam vertit.

Sapientia gubernator nauem torquet,nõ valentia:
Cocus magnum ahenũ, quando feruit, paula confutat trua.

Quemadmodum autem Homerus ſententiam illam aliunde mutuatus eſt,(aut ſaltẽ mutuatus eſſe credi-

tretur. Hæc autem quum ita ſint, certo conſilio, eóque bono, pleraſque ſententias περὶ ἀρετῆς à Græcis, de virtute à Latinis ſcriptas, à me in alia capita reſeruari, vel prorſus etiam prætermitti, iudicet lector.



ΠΕΡΙ ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ.

DE PRVDENTIA.

Φρονήσει (id est prudentiæ) datus meritò fuit primus locus, quòd eam quidã philoſophi (ex quibus eſt Plato) ἡγεμόνα vocauerint, id eſt ducẽ ſiue principem: atq; adeò cæteras abſq; hac inutiles eſſe dixerint: ſi tamẽ fieri poteſt vt aliquis qui hac careat, cæteris prædiтus ſit. Vnde legimus apud M. Tulliũ, ſine prudentia ne intelligi quidem vllam virtutem poſſe: & alibi, nullam virtutẽ prudentia vacare. Cæterùm in his gnomis non exigẽda eſt ad exactæ definitionis normã σοφίας appellatio. Alioqui enim (vt dixit Xenocrates) σοφία eſt ἐπιστήμη τῶν πρώτων αἰτίων καὶ τῆς νοητῆς οὐσίας. Sed idem in ſuo περὶ φρονήσεως libro ſcripſit φρόνησιν eſſe duplicem: vnam, πρακτικὴν: alteram, θεωρητικὴν: quam eſſe σοφίαν humanam. Atque ita σοφία quidẽ fuerit φρόνησις: ſed non omnis φρόνησις fuerit σοφία. Coniungit itidem M. Tullius prudentiam cum ſapientia, De off. lib. 1. Quum enim perſpiciẽtiam veri ſolertiámque dixiſſet, (περὶ φρονήσεως intelligens) paulo pòſt ſapiẽtiæ & prudentiæ indagationem atque inuentionem veri tribuit. Quinetiã φρόνησιν apud Epicurũ interpretatur ſapientiã. Alioqui propriè loquẽdo, vnã ab altera diſtingui cõſtat. atque adeò ipſemet diſcrimen inter illas agnoſcit, cùm alibi, tũ verò De off. lib. 2, non procul à fine, Principéſque omniũ virtutum eſt illa ſapientia quam σοφίαν Græci vocant. Prudentiã enim, quam Græci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ eſt rerum expetendarum fugiendarúmque ſcientia. Illa autem ſapientia quam principem dixi, rerum eſt diuinarum atque humanarum

ſcientia;in qua continetur deorum & hominum cō-munitas & ſocietas inter ipſos. Vbi obſeruandum etiam eſt vocari ab eo virtutum principem nō φρόνησιν, ſed σοφίαν: quum tamen à Platone & quibuſdam aliis περὶ φρονήσεως dictum id fuerit.

MENANDRI.

Ἅπαντα δοῦλα τοῦ φρονεῖν καθίσταται.
Prudentia ſibi ſerua reddit omnia.

INCERTI AVT.

Ἀγαθὸν μέγιστον ἡ φρόνησις ἔστ' ἀεί.
Eſt maximum ſemper bonum prudentia.

AGATHONIS.

Ἀλλ' ἡ φρόνησις ἡ ἀγαθὴ θεὸς μέγας.
Eſt vera numen maximum prudentia.

SOPHOCLIS.

Ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, ὁ νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ.
Quod eſt in oculo viſus, id mens in anima eſt.

INCERTI AVT.

Ψυχῆς μέγας χαλινὰς ἀνθρώποις ὁ νοῦς.
Validum animo frenum inicit prudentia.

INCERTI AVT.

Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἢν μὴ νοῦς παρῇ.
Doctrina quàm vana vbi deeſt prudentia.

AESCHYLI.

Ὁ χρήσιμ' εἰδὼς, οὐχ ὁ πόλλ' εἰδὼς, σοφός.
Ille ſapiens qui vtilia, non qui multa ſcit.

SOPHOCLIS.

—φρονοίας οὐδὲν ἀνθρώποις ἔφυ —

Κέρδος λαβεῖν ἄμεινον, οὐδὲ νοῦ σοφοῦ.
Vllum euenire mente maius prouida
Lucrum & sagaci non queat mortalibus.

E V R I P.

Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ· σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία πλεῖστον κακόν.
Consilio ab vno plurima manus bono
Vincuntur: ingens est malum turba inscia.

Vtor autem nomine inscia sine adiectione, eodem modo quo Liuius, vbi insciā & temerariam turbam dicit.

S O P H O C L I S.

—οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς
Οὐδ' εὐρώωποι φῶτες ἀσφαλέστατοι,
Ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ, κρατοῦσι πανταχοῦ.
—non enim tutissimus
Cui corpus est amplum & humeri latissimi,
Sed vincere solent qui valent prudentia.

E V R I P I D I S.

Τὸ δ' ἀσθενές μου καὶ τὸ θῆλυ σώματος
Κακῶς ἐμέμφθης. καὶ γὰρ εἰ φρονεῖν ἔχω,
Κρεῖσσον τόδ' ἐστὶ καρτεροῦ βραχίονος.
De debili isto, fœmina ceu, corpore,
Iniuria es questus. si enim prudentia
Mihi est, valentibus potior est brachiis.

Eiusdem.

—κἂν βροτοῖς

Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι.
est & hominũ Prudẽtior secũda cogitatio.

Eiusdem.

Τὸ δ' ὠκὺ τοῦτο καὶ τὸ λαιψηρὸν φρενῶν
Εἰς συμφορὰν ἵστησι πολλῶ δὴ βροτούς.
Præceps subitáque mentis hæc agitatio
Aduersa multa sæpe fert mortalibus.

INCERTI AVT.

Βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά.
Factus aliorum sum peritus ex malis.

INCERTI AVT.

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Est mihi odio sapiens sibi qui non sapit.

In iis qui sequuntur versibus vituperatur ἀφροσύνη, sicut in præcedentibus laudatur φρόνησις. Non visum est autem necesse illos ab his aliter separare, sed titulo qui est περὶ φρονήσεως subiungere: quoniã cõtrariorum eãdem esse disciplinam scimus, & cõtraria contrariorum esse consequentia, vt loquitur Marcus Tullius. Nemo igitur melius virtutẽ laudare potest, quàm vitium vituperando: aut vicissim vituperare vitium, quàm virtutem laudando: imò qui vnum horum laudat, alterum tacitè vituperat. Adeò vt Horatius nullam ista meliorẽ virtutis definitionem inuenerit, *Virtus est vitium fugere.* Cui similis est proximè sequens, *& sapientia prima, Stultitia caruisse.* Conuertẽda igitur sunt quæ hîc περὶ ἀφροσύνης vel ἠλιθίας, vel μωρίας, dicũtur, vt ad φρόνησιν transferantur: Exempli gratia, si Οὐ ζῶσιν οἱ τὰ μὴ συνιέντες σοφόν, vicissim οἱ σοφοὶ vel οἱ φρόνιμοι

dicendi erunt διπλοῦν τινα ζῆν βίον. ἡ ἄνοια τυφλή ἐστι (vt dicit Menander) τυφλόν τι τἀνόητον. contrà ἡ φρόνησις meritò dicetur διπλοῦν ὁρᾶν: ſicut quidam dixit Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. Itidem ſi εὐήθους ἐστὶ νοεῖν μὲν ἃ δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δὲ ἃ δεῖ, viciſſim fuerit φρονίμου καὶ νοεῖν ἃ δεῖ, καὶ φυλάττεσθαι ἃ δεῖ. Si οἱ κακοὶ γνώμαισι (vt Sophocles appellat) id eſt ἄφρονες, -τἀγαθὸν χεροῖν Ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ: cõtrà, οἱ εὖ γνώμης ἔχοντες, ſeu οἱ φρόνιμοι, vel οἱ φρονοῦντες, aut οἱ νοῦν ἔχοντες, τἀγαθὸν χεροῖν ἔχοντες ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ. Plautus autem vitium in omnibus reprehẽdit, quod Sophocles in ſtultis: perinde videlicet acſi omnium communis hac in re eſſet ſtultitia. Eius verba ſunt, *Tum denique omnes noſtra intelligimus bona, Quum quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus*. Cæterùm lectorem hac de re à me hîc monitum, in aliis etiam capitibus ſeu titulis meminiſſe oportet.

CHAEREMONIS.

Οὐ ζῶσιν οἱ τι μὴ συνιέντες σοφόν.

Dicendus haud eſt viuere is qui nil ſapit.

MENANDRI.

Τυφλόν τι τἀνόητον εἶναί μοι δοκεῖ.

Amentia eſſe mihi videtur cæcitas.

EVRIPIDIS.

-ἡ δὲ μωρία Μάλιστ' ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ.

-amentia Iniquitatis eſt potiſſimùm ſoror.

MENANDRI.

Οὐκ ἔστ' ἀνοίας οὐδὲν (ὡς ἐμοὶ δοκεῖ) Τολμηρότερον.

Amentia esse nil audacius puto.

Eiusdem.

Θρασὺς δὲ, δυνατὸς καὶ λέγειν οἷός τ᾽ ἀνὴρ,
Κακὸς πολίτης γίγνεται, νοῦν οὐκ ἔχων.

Quicunque & est audax & eloquens simul,
Si mente careat, ciuis est certè malus.

SOPHOCLIS.

Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγαθὸν χεροῖν
Ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ.

Sibi fuisse quidpiam boni in manu
Stulti sciunt tum demum vbi quis excutit.

MENANDRI.

Εὐηθία μοι φαίνεται δηλουμένη,
Τὸ νοεῖν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ᾽ ἃ δεῖ.

Aperta mihi videtur esse amentia,
Perspicere quæ decet, haud cauere quæ decet.

AESCHYLI.

Ἦ βαρὺ φόρημ᾽ ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων.

Felicitas amentis, est onus graue.

EVRIPIDIS.

Δόξει τις ἀμαθεῖ σοφὰ λέγων, οὐκ εὖ λέγειν.

Consulta stultus audiens, nunquam probat.

Eiusdem.

Σφαλεὶς γὰρ οὐδεὶς εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ.

Consilia mala putantur in malo exitu.

Potest hic versus duobus modis exponi, vt intelli-

gamus εὖ βεβουλεῦσθαι δοκεῖ, sibi, vel aliis.

RHIANI.

Ἦ ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα
Ἄνθρωποι, φέρομεν δὲ θεῶν ἑτερόρροπα δῶρα
Ἀφραδέϊ κραδίῃ. βιότοιο μὲν ὅς κ' ἐπιδευὴς
Στρωφᾶται, μακάρεσσιν ἐπὶ ψόγον αἰνὸν ἰάπτει,
Ἀχνύμενος· σφετέρην δ' ἀρετὴν καὶ θυμὸν ἀτίζει,
Οὐδέ τι θαρσαλέως νοέειν ἔπος, οὐδέ τι ῥέξαι
Ἐρρίγως, ὅθι τ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι παρέωσι·
Καί οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφείη καὶ ὀϊζύς.
Ὃς δέ κεν εὐόχθῃσι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζῃ,
Καὶ πολυκοιρανίην, ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν
Ποσσὶν ἐπιστείβει, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες.
Ἀλλ' ὑπεροπλίῃ τε καὶ ἀμβροτωλῇσι νόοιο
Ἶσα Διὶ βρομέει· κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
Καίπερ ἐὼν ὀλίγος. μνᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην,
Ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε,
Ὥς κε μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζῃ.
Ἡ δ' Ἄτη ἁπαλοῖσι μετατρωχῶσα πόδεσσι,
Ἄκρῃς ἐν κεφαλῇσιν ἀνώϊστος καὶ ἄφαντος,
Ἄλλοτε μὲν γραίῃσι νεωτέρη, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὁπλοτέρῃσι γρηῦς ἐφίσταται ἀμπλακίῃσι,
Ζηνὶ θεῶν κρείοντι, Δίκῃ τ' ἐπίηρα φέρουσα.

Nēpe hominū mētes cunctorū errore tenētur,

Donatámque sibi vtrauis è lance deorum
Excipiunt sortem prudenti pectore nulli.
Nam qui pauperie premitur, queribundus oberrat,
Inque ipsos etiam iactat conuitia diuos:
Abiiciensq; animi fuerat quodcūque virilis,
Tentare haud quicquam, verbū mussare nec audet,
Sed trepidat simulatque hominum videt ora potentum.
Sic animū illius rodunt squalórque dolórque.
At cōtrà superûm quē dextera larga beauit,
Cuique dedit latè dominari, haud tam memor ille est
Se calcare solum, mortalésque esse parentes.
Trāsuersámque rapit vesana superbia mentē
Vt fremat æqua Ioui: quāuis et corpore paruus
Attollit ceruice caput: tandémque Dianæ
Fit procus atque viā sibi iam molitur ad ædes
Æthereas, vt ibi fiat conuiua deorum.
At teneris Ate sequitur vestigia plantis,
Quæ capiti incūbēs inopina, & lumina fallēs.
Delictoque seni quandoque superuenit annis
Ipsa virens, iuueni quandoque ætate senili:
Iustitiæ atque Iouis officiū peramabile præstās.

INCERTI AVT.

Ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.
Vel guttam habere mauelim prudentiæ,

Fortunæ habere quàm profundum gurgitem. Versus hic effictus fuit ad formam aliûs habentis planè contrariam sententiam: huius videlicet, Θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον. Id est, *Fortunę habere malo uel guttã unicam, Quàm vel refertum doliũ prudentia.* Posset & ita reddi vnico versu, interpretando φρένας animum, *Plus dolio animi stilla fortunæ placet.* Ambos autem versus ita refert quidam: nimirum Gregorius, si bene memini.

Ἔφησέ τις που τῶν φιλοχρύσων τάδε,
Θέλω τύχης σταλαγμὸν ἢ φρενῶν πίθον.
Πρὸς ὃν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων,
Ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον ἢ βυθὸς τύχης.

EVENI.

Πρὸς σοφίᾳ μὲν ἔχειν τόλμαν μάλα σύμφορόν ἐστι,
Χωρὶς δὲ βλαβερή, καὶ κακότητα φέρει.

Cum prudẽte iuuat permultũ audacia mẽte,
Mente carens multis est ea causa malis.


HESIODI.

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ,
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτῷ νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Quod antea feci in iis versibus eiusdem poetæ, qui de vitio & virtute scripti sunt, idem & in his faciam, vt aliorũ interpretationes lectori proponã

Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro,
Prospiciens rerum fines, meliora sequutus.
Dignum laude virum parentem recta moneti
Credimus: ille autē sibi qui nō consulit, aut qui
Alterius praecepta fugit, vir inutilis extat.

Optimus ille quidem est qui per se mente animóque
Omnia perlustrat quae sint meliora futura
Postea, ad extremae vsque nouissima tempora vitae.
Estque adeò ille bonus, monitis qui obtemperat vltro
Rectè suadentis: verùm deterrimus ille est
Qui neque consiliū per se capit, ingenij expers,
Nec monita alterius sequitur, neque mente recondit.



Optimus est sese qui nouit cuncta magistro,
Ad finem vsque videns quae semper sunt meliora.
Ille etiam bonus est, alium qui recta monentē
Audit, & inuentis ponit vestigia laetus.
At cui consilium sua nec prudentia donat,
Inducitque animum voces contemnere veras,
Is nunquam frugi fuerit, sed inutilis orbi.

Superest mihi & quarta interpretatio quae est Ioachimi Perionii Cormœriaceni Benedictini: sed quam tum leges Quum ridere voles monachali de grege bardum. Is enim dum non solùm Ciceronia-

nus audire vult, sed etiã Virgilianus, non solùm Ciceronis verba obtorto (quod aiũt) collo ad Aristotelicorum interpretationem trahit, sed in Virgilianis idem audet: vt hîc videbis; vbi dubius eris primúmne an secundum versum maiore risu prosequi debeas.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Et duris optata tulit solatia rebus.
Fortunatùs & ille, alium qui recta monentẽ
Audit, & inuentis ponit vestigia latus.
Qui rebus non consulit ipse cadentibus vltrò,
Inducítque animũ voces contemnere veras,
Ille quidem inuisus diuis & inutilis orbi est.

Qui sequuntur versus, non tã ad prudentiã, (propriè loquendo) quàm ad solertiam pertinent: ideóque sic à cæteris seiungere placuit, vt tamẽ ad eundem titulum seu caput idem referrentur. præsertim quum sapientiam quoque de solertia dici à veteri poeta Titinnio videamus: hoc in versu, *Sapientia gubernator nauem torquet, non valentia.* Minimè enim dubium est quin hoc minus propriè sapientiæ aut prudentiæ tribuatur quàm solertiæ: quæ μῆτις ab Homero vocatur in proximè sequenti versu, eo ipso quem ille poeta expressit.

HOMERI.

Μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων ἠὲ βίηφι·
Μήτι δ' αὖτε κυβερνήτης ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ
Νῆα θοὴν ἰθύνει ἐρεχθομένην ἀνέμοισι·
Μήτι δ' ἡνίοχος περιγίνεται ἡνιόχοιο.

Quorum versuum duas interpretationes meæ præ-

figam: quarum prior hæc est, Vincentii Obsopœi,

-non vi sed fißile lignum
Scinditur ingenio: medijs in fluctibus actam
Ipse gubernator puppim regit arte magistra:
Sic comes aurigam currentem præterit astu.

Posterior hæc, est Eobani Hessi,

-fabri quoque fißile lignum
Arte secant, & consilio quàm viribus vsi
Rectius: alta maris turbatibus æquora ventis,
Arte regunt naues nautæ, non viribus vllis.
Ingenio aurigas auriga laude minores
Vincere sæpe solet, lõgéque relinquere victos.

Mea autem interpretatio (in qua vno eodémq; nomine Latino solertia vbique vsus sum, vt Homerus vno eodémque Græco μῆτις) est hæc,

Cædenda in quercu superat solertia vires:
Velocémque ratẽ, venti quã flamina pulsant
Per mare cæruleum, solertia sola gubernat:
Reddit ab auriga aurigam solertia victum.

At ille vetus poeta cuius paulo antè facta mentio fuit, Homerico versui à se reddito suum subiunxit, in quo alio exemplo vtitur. In Homerici autẽ carminis interpretatione μῆτιν, sapiẽtiam, βίην valentiam vertit.

Sapientia gubernator nauem torquet, nõ valentia:
Cocus magnum ahenũ, quando feruit, paula confutat trua.

Quemadmodum autem Homerus sententiam illam aliunde mutuatus est, (aut saltẽ mutuatus esse credi-

tur) nimirum ex isto Musæi versu, ὡς αἰεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰσχύος ἐστίν: ita vicissim alii comparationem hanc ex eo sumpserũt. Ex quibus est Quintus Calaber, in his versibus,

Καὶ γάρ τ' ἠλίβατον πέτρην ἄρρηκτον ἐοῦσαν
Μήτι ὑποτμήγουσιν ἐν οὔρεσι λατύποι ἄνδρες
Ῥηϊδίως· μήτι δὲ μέγαν βαρυηχέα πόντον
Ναῦται ὑπεκπερόωσιν, ὅτ' ἄσπετα κυμαίνῃ.
Τέχνῃσιν δ' ἀγρόται κρατεροὺς δαμόωσι λέοντας,
Παρδάλιάς τε, σύας τε, καὶ ἄλλων ἔθνεα θηρῶν.
Ταῦροι δ' ὀμβριμόθυμοι ὑπὸ ζεύγλης δαμόωνται,
Ἀνθρώπων ἰότητι. νόῳ δέ τε πάντα τελεῖται.
Αἰεὶ δ' ἀφραδέος πέλει ἀνέρος ἀμφὶ πόνοισι
Πᾶσι καὶ ἐν βουλῇσιν ἀνὴρ πολυΐδρις ἀμείνων.

Reposui ἀμφὶ πόνοισι pro ἀμφιπόλοισι in penultimo versu: de qua emendatione dubitari nõ potest. Sic autem hunc locum verti,


Rupem etenim, infragilis sit prædita robore quamuis,
Montibus in medijs facilè solertia cædit.
Solertes nautæ maris æquora tũ quoque sulcant,
Quũ fremitu horrisono spumãtes expuit vndas.
Arte domare etiam fuluos nouere leones
Agricolæ: sic multus aper, sic multa domatur

Pardalis, & pariter reliquarũ secla ferarũ.
Solertique iugo taurorum colla domantur
Humano imperio: nil non solertia præstat.
Denique siue agere est seu consultare necesse,
Vincit eos solers quibus est solertia nulla.

Verùm animaduertendum est, hunc poetam, licet imitantem Homerum, non itidem vt eum eadem vbique voce vsum esse: non quidem, vt opinor, quòd eius repetitionem nō probaret, sed quòd laborem singulis comparationibus ipsam accommodandi vitare vellet: quũ videlicet alia versui aptior se offerret. Hoc autem considerans, malui contrà eandem vocẽ inculcare, nec ab ea nisi vno in loco discedere. Hoc etiam addo, duos postremos versus mihi nō placere, meliúsque, meo iudicio, gnomen hanc ante illos claudi potuisse: nimirum in his verbis, -νόῳ δέ τε πάντα τελεῖται. Minus enim dicitur duobus illis versibus quàm præcedentibus. quis enim τὸν πολυΐδριν esse τοῦ ἀφραδέος ἀμείνονα ignorat? Et quum addit καὶ ἐν βουλῇσι, perinde est acsi diceret, τὸν εὔβουλον esse ἀμείνονα τοῦ ἀβούλου ἐν ταῖς βουλαῖς. Cæterùm Naso videtur & ipse ad comparationem Homericã respexisse, quum Vlyssem inducit Aiaci obiicientem,

-tu tantùm corpore prodes,
Nos animo: quantóque ratem qui temperat, anteit
Remigis officium, quanto dux milite maior,
Tantum ego te supero. Sed Homerus cum viribus seu robore solertiam comparat, cuius exemplum in gubernatore proponit: at Naso vtriusque exẽplum ab iis petit qui naui operam præstant: solertiæ à gubernatore, roboris à remige. Oppianus quoque solertiam seu prudentiã viribus seu robori anteponit, sed nulla comparatione vtens: in his versibus qui

leguntur Halieut.lib.5,
Ὣς οὔτ' ἠνορέης οὔτ' εἴδεος ἔπλετ' ὄνειαρ
Τόσσον ὅσον πραπίδων. ἀλκὴ δ' ἀνεμώλιος ἄφρων.
Καί τε μέγα βριάοντα κατέσβεσεν ἠδ' ἐδάμασσε
Βαιὸς ἀνὴρ εὔμητις.
Non iuuat aut robur tantum aut præstantia formæ
Quantum animus solers. sine mente est futile robur.
Sæpe uirum magna membrorum mole superbum
Perditve aut seruat paruus, sed pectore solers.



DE PRVDENTIA.

HORATII.

-nam si ratio & prudentia curas
Non locus effusi latè maris arbiter aufert,
Cælum non animum mutant qui trans mare currunt.

TERENTII.

Omnia prius experiri consilio quàm armis sapientem decet.

Eiusdem.

-ô Demea
Istuc est sapere : non quod ante pedes modò est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere.

Eiusdem.

Istuc est sapere, qui, vbicunque opus sit, animum possis flectere.

NASONIS.

Qui nisi pugnacem sciret sapiente minorē
Esse, nec indomitæ deberi præmia dextræ,
Ipse quoque hæc peteret.

VAL. FLACCI.

-sæpe acri potior prudentia dextra.

HORATII.

Vis consilii expers mole ruit sua.

IVVEN.

Nullum numen abest, si sit prudentia.

PLAVTI.

Non ætate verùm ingenio adipiscitur sapientia.

Eiusdem.

Sapientiæ ætas condimentum est, sapiens ætati cibus est.

Eiusdem.

Sapiens quidē pol ipse fingit fortunam sibi.

IVVEN.

Magna quidē sacris quæ dat præcepta libellis
Victrix fortunæ sapientia.

Eiusdem.

Nunquā aliud natura, aliud sapientia dicit.

HORATII.

-sapientia prima, Stultitia caruisse.

NASONIS.

Crede mihi, miseros prudentia prima relinquit,

Et ſenſus cum re conſiliúmque fugit.

PVBLII.

Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.

Eiuſdem.

Bonũ eſt fugienda aſpicere alieno in malo.

PLAVTI.

Feliciter ſapit qui alieno periculo ſapit.

Quod dictum fuit ſuprà de quibuſdã Græcis gnomis, eas ad φρόνησιν pertinere, licet σοφίας aut σοφὸς in iis mẽtio fieret, idem & de nõnullis illarum exiſtimandum eſt in quibus eſt ſapientiæ appellatio: nam & Cicero alicubi eam cum prudentia copulat.



ΠΕΡΙ' ΔΙΚΑΙΟΣΥ'ΝΗΣ.

DE IVSTITIA.

PHILEMONIS.

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ' ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος μὴ βούλεται.
Οὐδ' ὃς τὰ μικρὰ λαμβάνειν ἀπέσχετο,
Ἀλλ' ὃς τὰ μεγάλα καρτερεῖ μὴ λαμβάνων,
Ἔχειν δυνάμενος καὶ κρατεῖν ἀζημίως.
Οὐδ' ὅς γε ταῦτα πάντα διατηρούμενος,
Ἀλλ' ὅστις ἄδολον γνησίαν τ' ἔχων φύσιν,
Εἶναι δίκαιος, κοὐ δοκεῖν εἶναι θέλει.

Iniuriam qui non facit, non protinus
Iustus: sed ille qui potest, non vult tamen.
Nec iustus est is qui manus paruo abstinet,
Impunè sed qui rapere magna quum queat,
Fruíque raptis, temperat sibi tamen.
Imò nec ille obseruat ista qui omnia,
Sed ille mente preditus qui candida,
Re iustus esse, non videri esse expetit.

In sexto versu pro διατηρούμενος lego διατηρεῖ μένων, in mea interpretatione.

INCERTI AVT.

Δίκαια δράσας, συμμάχου τεύξῃ θεοῦ.

Ὑπὸ τοῦ δικαίου δ᾽ ἐστὶν ἡττᾶσθαι καλόν.

Haud meticulosus ille qui legem timet.
Specimen in hostes fortitudinis datur,
A iure vinci, res erit pulcherrima.

PHILEMONIS.

Τοῦ γὰρ δικαίου κἂν βροτοῖσι κἂν θεοῖς,
Ἀθάνατος αἰεὶ δόξα διαπελεῖ μόνον.

Nanque inter homines pariter ac inter deos.
AEterna iusti gloria est tantummodo.

ANTIPHANIS.

Τρόπος δίκαιος κτῆμα τιμιώτατον.

Iustitiæ amor, possessio pretiosissima.

Eiusdem.

Ὁ μηδὲν ἀδικῶν οὐδενὸς δεῖται νόμου.
Τὸ καλῶς ἔχον που, κρεῖττόν ἐστι καὶ νόμου.

Non est opus ei lege qui peccat nihil.
Præstant vel ipsis facta honesta legibus.

EVRIPIDIS.

Ἐσθλοῦ γὰρ ἀνδρὸς τῇ δίκῃ θ᾽ ὑπηρετεῖν,
Καὶ τοὺς κακοὺς δρᾶν πανταχοῦ κακῶς ἀεί.

Est administer iuris is qui vir probus,
Et vbique sempérque mala dat viris malis.

Eiusdem.

Οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών,
Οὐδ᾽ εὐτυχοῦντας, εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί.

Dominia nunquam fas decet prætergredi,

Nec credere fore res sibi vsque prosperas.

MENANDRI.

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως, δίκαιος ὤν.
Opes repentè nemo iustus congregat.

EVRIP.

Κακοῖς τὸ κέρδος τῆς δίκης ὑπέρτερον.
Potiora iure lucra habent viri improbi.

INCERTI AVT.

Ὅτ' ἐκ πονηροῦ πράγματος κέρδος λάβοις,
Τοῦ δυστυχεῖν νόμιζε ἀῤῥαβῶν' ἔχειν.
Quum lucra comparabis ex re non bona,
Arrham te habere credito infortunii.

INCERTI AVT.

Μὴ πάντοθεν κέρδαινε, σαυτὸν αἰσχύνου.
Τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν ἔχει φόβον.
Ne ex quolibet lucrare: te pudeat tui.
Iniquè opes partæ afferunt secum metum.

ANTIPHANIS.

Τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει
Μικρὰς, ἔπειτα δ' ὕστερον λύπας μακράς.
Lucris iniquis sunt voluptates breues,
Tandémque longus illa mæror excipit.

SOPHOCLIS.

Ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
Ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους.
Nam parta lucra non honestis artibus

Obesse quàm prodesse pluribus vides.

EVRIPIDIS.

-πολλοῖσι γὰρ

Κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἠμείψατο.

-multis enim

In damna verti cernimus lucra improba.

Eiusdem.

Ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ χρήματ᾽, ἢν βούλῃ πολὺν

Χρόνον μελάθροις ἐμμένειν. τὰ δὲ ἀδίκως

Οἴκους ἐσελθόντ᾽ οὐκ ἔχει σωτηρίαν.

Ne comparato per nefas ullas opes,

Has si manere vis in aedibus diu.

Nam per nefas quaesita, salua non manent.

Eiusdem.

Κέρδη τοιαῦτα χρὴ τινα κτᾶσθαι βροτῶν,

Ἐφ᾽ οἷσι μέλλει μήποθ᾽ ὕστερον στένειν.

Lucra comparare quemque par est talia,

Nunquam gemituum causa quae futura sint.

HESIODI.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν· κακὰ κέρδεα ἶσ᾽ ἄτῃσι.

Ne mala lucra petas: mala lucra aequalia damnis.

Eiusdem.

Χρήματα δ᾽ οὐχ ἁρπακτά· θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω.

Raptor opũ ne sis: praestãt quas numina donãt.



DE IVSTITIA.

VIRGILII.

Diſcite iuſtitiā moniti, & nō tēnere diuos.

HORATII.

Iuſtum & tenacem propoſiti virum
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida,neque Auſter,
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impauidum ferient ruinæ.

SILII ITALICI.

Idem iuſtitiæ cultor quæcunque capeſſes,
Teſtes factorum ſtare arbitrabere diuos.

IVVENALIS.

-ambiguæ ſiquando citabere teſtis
Incertæque rei,Phalaris licet imperet vt ſis
Falſus, & admoto dictet periuria tauro,
Summum crede nefas animam præferre
pudori,
Et propter vitam viuendi perdere cauſas.

Eiuſdem.

-iuſtos nimiúmque fideles
Fama putat,qui quum poſſint commiſſa negare,
Maluerint nullo violati reddere quæſtu.

Iuſtitia vtilibus rectum præponere ſuadet,
Cõmunéſque ſequi leges:iniuſtáq; nunquã
Largiri ſociis.

NASONIS.

Principe nec noſtro deus eſt moderatior
vllus:
Iuſtitia vires temperat ille ſuas.

Eiuſdem.

Conſcia mens recti famæ mendacia ridet.

AVSONII,
ex Biante.

Quænam ſumma boni?Mens quæ ſibi conſcia recti.

HORATII.

-hic murus aëneus eſto,
Nil conſcire ſibi,nulla palleſcere culpa.

VAL. FLACCI.

-ſtabilem quando optima facta
Dãt animũ, maiórque piis audacia cœptis.

PVBLII IN MIMIS.

-in malis
Sperare bonum,niſi innocens,nemo ſolet.

Eiuſdem.

Ab alio expectes alteri quod feceris.

Eiuſdem.

Etiam qui faciunt odio habent iniuriam.

HORATII.

-& iuſtitiæ ſoror Incorrupta fides.

NASONIS.

Nō boue mactato cælestia numina gaudēt,
Sed quæ præstanda est & sine teste fide.

Eiusdem.

Scilicet vt fuluum spectatur in ignib⁹ aurū,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

Eiusdem.

Aurea prima sata est ætas : quæ vindice nullo
Spōte sua sine lege fidē rectúmque colebat.
Pœna metúsque aberāt, nec verba minacia fixo
Ære ligabantur: nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.

Eiusdem.

Non bene cælestes impia dextra colit.

PVBLII IN MIMIS.

Etiam in peccato rectè præstatur fides.

Eiusdem.

Fides, vt anima, vnde abiit, nunquam redit.

Eiusdem.

Fidem qui perdit, nil potest vltrà perdere.

Eiusdem.

Fidem nemo vnquam pérdit nisi qui non habet.



ΠΕΡΙ' ἈΝΔΡΕΙ'ΑΣ.

DE FORTITVDINE.

SOPHOCLIS.

Ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν στέρνον οὐ μαλάσσεται.

Mollescere viris pectus haud vult fortibus.


EVRIPIDIS.

Πολλῶν νέων γὰρ κἂν γέρων εὔψυχος ᾖ,

Κρείσσων.

Praestat iuuenibus plurimis vel vnicus

Senex, sed animosus.



EVRIPIDIS.

Ὀλίγοι γὰρ ἐσθλοὶ κρείσσονες πολλῶν κακῶν.

Gens pauca strenua timidam multam anteit.

Hic uersus habetur & in titulo περὶ ἀρετῆς. vbi redditur, *Pauci improbis praestant probi quamplurimis.* sed videtur ad hunc titulum potius pertinere: praesertim quum conueniat cum sequente versu e iusdem poetae.

Eiusdem.

Ὀλίγους ἐπαινῶ μᾶλλον ἢ πολλοὺς κακούς.

Praeferre paucos soleo timidis plurimis.

Eiusdem.

Θάρσος δὲ πρὸς τὰς συμφορὰς μέγα σθένει.

Fiducia iuuat forte plurimum in mala.

SOPHOCLIS.

Ὅστις δὲ τόλμῃ πρὸς τὸ δεινὸν ἔρχεται,
Ὀρθὴ μὲν ἡ γλῶσσ' ἐστὶν, ἀσφαλὴς δ' ὁ νοῦς.

Audacter autem qui subit periculum,
Nec lingua nec mens solet ei labascere.

EVRIPIDIS.

Φεῦ, φεῦ, τὸ γὰρ γενναῖοισιν ὡς ἁπανταχοῦ
Τρέπει χαρακτὴρ χρηστὸς εἰς εὐψυχίαν.

Proh, ut character indolis, ubi quispiam
Generosus est, erumpit in robur animi.

Eiuſdem.

Δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
Ἀριθμὸν, ἀλλ' ἄπεισι, κἂν παρῶσ' ὅμως.

Nullo in numero erit vir timidus in prælio,
Sed ille quanuis adsit abfuturus est.

Eiuſdem.

Τίς τῶν μεγίστων δειλὸς ὢν ὠρέξατο;
Quis timidus unquam maximas res appetiit?

MENANDRI.

Οὐκ ἔστι τόλμης ἐφόδιον μεῖζον βίου.
Audacia non maius est viaticum.

Eiuſdem.

Οὐκ ἔστι τόλμης ἐπιφανεστέρα θεός.
Haud villa diua illustrior quàm Audacia.

Vel,

Haud vlla dea manifestior quàm Audacia.

INCERTI AVT.

Δεινόν γε, τὴν μὲν μυῖαν ἀλκίμῳ σθένει
Πηδᾶν ἐπ' ἀνδρῶν σώμαθ', ὡς πλησθῇ φόνου,
Ἄνδρας δ' ὁπλίτας πολέμιον ταρβεῖν δόρυ.

Indigna res est, muscam in homines impetu
Irruere strenuo, cruore vt turgeat,
Timere tela hostilia armatos viros.

Hos quoque versus libuit cæteris inserere, propter elegantiam: quum alioqui iocosum potius quàm serium esse hoc dictum & tragœdiæ conueniẽs videatur. Ex ea tamen illos affert Lucianus, scribẽs, ἡ μὲν οὖν τραγῳδία καὶ σὺν μεγάλῳ ἐπαίνῳ μέμνηται τῆς μυίας· ὡς ἐν τούτοις, Δεινόν γε &c.

MOSCHIONIS.

-καὶ γὰρ ἐν νάπαις βραχεῖ
Πολὺς σιδήρῳ κείρεται πεύκης κλάδος,
Καὶ βαιὸς ὄχλος μυρίας λόγχης κρατεῖ.

-ferro nanque paruo in saltibus
Ingens secatur frondium piceæ strues,
Atlanceam gens pauca numerosam domat

SOSITHEI.

Εἷς μυρίους ὄρνιθας αἰετὸς σοβεῖ,
Λαῶν τε δειλῶν πλῆθος εὖ τραφεὶς ἀνήρ.

Fugat aquila vna maximum gregem alitum,
Virque generosus plurimos instrenuos.

HOMERI.

Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ,
Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμὸς,
Α'λλὰ μετοκλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει,
Ε'ν δέ τε οἱ κραδίη μεγάλα στέρνοισι πατάσσει
Κῆρας ὀϊομένῳ· πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων·
Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτέ τι λίην
Ταρβεῖ, ἐπειδὰν πρῶτον ἐσίζηται λόχον ἀνδρῶν,
Α'ρᾶται δὲ τάχιστα μιγήμεναι ἐν δαῒ λυγρῇ.

Nam ſolet ignauus varios pallere colores.
Illum ſtare loco ſua mens in pectore nutans
Non ſinit: inque pedes vtroſque recūbere cogit
Succiduus poples: magnos cor palpitat ictus
Ingeminans, tanquam iam cernant lumina mortem.
Ipſi etiam in tanta crepitant formidine dētes.
Magnanimo ſuus ore color: minimúmque pauoris
Cōcipit, æratam ſubijt ſimulatque caternam:
Sed pugnare ardens, hoſtes in prælia poſcit.

In qua interpretatione ab Euſtathio quoque diſcedendum putaui, nimirum ab ea expoſitione quā dat ſecundo verſui, vt ἀτρέμας ἧσθαι dicatur περὶ τοῦ θυμοῦ, ſicut & ἐρητύεσθαι. Imò certè non magis περὶ τοῦ θυμοῦ hîc dici exiſtimo quàm μετοκλάζει & ἵζει: ideóque intelligi debere, οὐδὲ ἐρητύεται θυμὸς ἐν φρεσὶν, ὥστε αὐτὸν ἀτρέμας ἧσθαι.

Quoniam autem insignem timiditatis & animi præsentis ecphrasin cõtinet hic locus, ideóque dignus est in quo interpretando diligens opera ponatur, aliorum interpretationes meæ subiūxi: vt ex iis lector siquid arrideret, excerpere posset.


Ita igitur Nicolaus Valla,

-stupet ille metu, nec sistit in armis:
Genua labant, pedibúsque super velut vmbra residit:
Non animo fidit, non dextra: in vtrunque recumbens
Sæpe pedem nutat: artus sudore madescunt:
Spõte metu mortis fugit, & sub pectoribus cor
Palpitat, & gelidi crepitant formidine dētes.
Magnanimi color est idem, formidinis expers:
Non tremit insidias. postquam semel instruit, ardet
Ocyus immisceri, & sese ostendere pugnæ,
Nunc dextra ingeminās ictus, nūc ille sinistra.

Ita Eobanus Hessus,

Non etenim sibi cōstat iners, sed pectore vecors
Nunc hac nūc illac fertur. timet omnia, nūquā
Certa quies illi: semper trepidante vacillat
Pectore: nunquam animum misera formidine soluit.
Subsiditque pedi metuens innixus vtrique.
Palpitat attonitum pectus, cor deficit amens:
Instabiles pauido crepitāt sub gutture dentes.

Vir cōſtans animo nunquā titubāte vacillat,
Sed fortem ſe præſtat, & omnia fortiter audet.
Non adeò metuit congreſſus ille virorum,
Non timet inſidias: quas ſi tamē incidit, optat
Quāprimum conferre manum, miſcerier acri
Conflictu.



DE FORTITVDINE.

Memineris hîc, lector, eorum de quibus te in capite de virtute monui: nimirum virtútis appellationem (ſicut ἀρετῆς apud Græcos) interdum ad fortitudinem reſtringi: atque hanc nominis iſtius ſignificationem pro prima & propria haberi, vtpote à viro deriuati. Ideóque minimè mireris quoſdam verſus, in quibus virtutis fit mentio, à me ad hoc caput referri.

MARONIS.

-ſed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus.

Eiuſdem.

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Eiuſdem.

Tum pudor incendit vires & cōſcia virtus.

Eiuſdem.

--æſtuat ingens

o in corde pudor, miſtóq; inſania luctu.
furiis agitatus amor, & conſcia virtus.

Eiuſdem.

uódã etiã victis redit in præcordia virt'.

Eiuſdem.

--dolus an virtus, quis in hoſte requirat?

Eiuſdem.

acte noua virtute puer: ſic itur ad aſtra.

Eiuſdem.

--facilis deſcenſus Auerni:
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis:
ed reuocare gradum, ſuperáſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt. pauci quos æquus amauit
uppiter, aut ardẽs euexit ad æthera virtus,
Diis geniti potuere.

NASONIS.

-ac magnos ſuperat virtute dolores.

Eiuſdem.

--ſed tendit in ardua virtus.

Eiuſdem.

Quæ latet ínque bonis ceſſat non cognita rebus,
Apparet virtus arguitúrque malis.

LVCANI.

Creuit in aduerſis virtus.

SILII.

Explorant aduerſa viros: pérq; aſpera duro

Nititur ad laudem virtus interrita cliuo.

Eiusdem.

--neque enim virtutis amorem
Aduersa exemisse valent.

LVCANI.

--fortissimus ille est
Qui promptus metuenda pati, si cominus (instent,
Et differre potest.

HORATII.

--viuite fortes,
Fortiáque aduersis opponite pectora rebus.

Eiusdem.

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare.

NASONIS.

Omne solum forti patria est.

SENECAE.

--non est (vt putas) virtus, pater,
Timere vitam: sed malis ingentibus
Obstare: nec se vertere aut retro dare.

Eiusdem.

irtutis est domare quæ cuncti pauent.

Eiusdem.


Quemcúque fortē videris, miserum neges.


PLAVTI.

Fortiter malum qui patitur, idem pòst patitur bonum.

PVBLII IN MIMIS.

Inuidiam ferre aut fortis aut felix potest.





PRAEFATIO IN CAPVT

Περὶ σωφροσύνης καὶ ἐγκρατείας καὶ αὐταρκείας,

Vocabulum σωφροσύνη Græcis aliud etiam quàm temperantiam siue continentiam declarat. ideóque gnomas omnes quæ habent nomē hoc σωφροσύνη, vel σώφρων, aut verbum σωφρονεῖν, ad hunc de temperantia & cōtinentia locū pertinere minimè putādum est: sed quasdam earum apud Stobæum perperam cæteris immisceri. Alioqui si omnes sine discrimine huc referrentur, inter illas ponenda esset & hæc Antiphanis, quæ nouum quoddam σωφροσύνης genus ἀκρατοῦς καὶ ἀκολάστου καὶ φιληδόνου affert: Τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα. Sed nimirum quum dicere vellet, eum qui sapit, voluptatibus debere indulgere, σώφρονος appellatione τὸν φρόνιμον declarare voluit: in ambigua interim significatione ludens, & quæ prima fronte repugnantia sunt loquens. Inter illas daretur locus isti etiam Sophocleæ, σωφρονεῖν καλόν. vbi nimirùm dicitur mulieri, Μὴ κρῖνε μὴ 'ξέταζε. σωφρονεῖν καλόν. quum tamen scholiastes quoq; censeat σωφρονεῖν esse τὸ μὴ περιεργάζεσθαι (hoc enim repono pro περιεργεῖν) adeò vt ad prudentiam aut modestiam illud, non ad temperātiam referre necesse sit. At verò in his Euripidis, ex Hippolyto coronato,

Φεῦ φεῦ, τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχοῦ καλὸν,
Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται,

perperam apud Stobæum τὸ σῶφρον Latinè redditur Modestia: quum ibi agatur de ea temperantia quæ libidini seu libidinibus, id est voluptatibus venereis,

vel effrenatis cupiditatibus voluptatum venerearũ, aduersatur. Nam libidinis seu libidinum appellatio interdum quidem generalis est (veluti quum Cicero De off. lib. 3, temperantiam esse libidinum inimicam dicit) interdum & ad venereas restringitur. Idémque dicendum est & de isto eiusdem poetæ loco, in Medea, Στέργοι δέ με σωφροσύνα, δώρημα κάλλιστον θεῶν. agitur enim & hîc de illa temperantia: & tamẽ redditur itidem σωφροσύνα voce Modestia. Ego continentiæ appellatione ἀντὶ σωφροσύνης in iis & similibus locis vtẽdum potius existimaui (quod vocabulum vt significatione sic & deriuatione conuenit cũ Græco ἐγκράτεια) quum alioqui & castitatem seu pudicitiam interpretari possem: at temperantiam aliis in locis appellaui. In eorum autem vno bifariam adiectionem habet verbum σωφρονεῖν. in his nimirum Euripidis versibus,

Οὐχ ὁ Διόνυσος μὴ σωφρονεῖν ἀναγκάσῃ
Γυναῖκας εἰς τὴν Κύπριν· ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.

Ac prior quidem adiectio significationẽ huius verbi restringit ad continentiam de qua modò dictum fuit: posteriore autem generalis illi redditur.

Sunt verò & quidam versus qui magis propriè dici possunt ad eam virtutem pertinere quæ αὐτάρκεια nominatur, apud Latinos autem nomine caret. Nam frugalitas vicinam potius quàm eandem significationem habet. Siquidem αὐτάρκεια est virtus animi contẽti sua sorte, siue suis, id est iis quæ habet: eámque gignit σωφροσύνη. vnde est præclarum illud Democriti dictum, τράπεζαν πολυτελέα μὲν τύχη παρατίθησιν, αὐταρκέα δὲ σωφροσύνη. Ea certè quam Latini frugalitatem vocant, Græcis dicta etiam fuit εὐτέλεια. Ac bellè duæ istæ appellationes in eo conueniunt, quòd vt in illo Democriti loco, σωφροσύνη di-

citur αὐταρκέα τράπεζαν παρασκευάζειν, sic à Cratete εὐτέλεια vocatur σωφροσύνης ἔγγονος, apud Iulianum imperatorem, in libello quem εἰς τοὺς ἀπαιδεύτους κύνας scripsit. οὐκ οἶδα (inquit) ὅτι ταῦτα ἔπραξαν ἐκεῖνοι, τῷ βίῳ διδόντες ὁδὸν εὐτελείας; οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων (φησὶν ὁ Διογένης) οἱ τύραννοι, ἀλλ' ἐκ τῶν δειπνούντων πολυτελῶς. καὶ ὁ Κράτης μέντοι πεποίηκεν ὕμνον εἰς τὴν εὐτέλειαν,

Χαῖρε θεὰ δέσποινα, σοφῶν ἀνδρῶν ἀγάπημα,
Εὐτελία, κλεινῆς ἔγγονε σωφροσύνης.

Cũ quibus versibus cõueniunt & isti apud Stobæũ,

Ὅσοι δὲ φιλοσοφοῦντες ἐκμοχθοῦσί τι,
Ἐνταῦθ' ὑπάρχει τοῦ βίου γαστρὸς κρατεῖν.
Διδάσκαλος γὰρ οὖσα ἡ εὐτέλεια σοφῶν,
Καὶ τῶν ἀρίστων γίνεται βουλευμάτων.

Vbi rectius scriberetur itidẽ εὐτελία, metri causa: item οὖσ' ἡ. Alioqui videri posset legendum τῶν σοφῶν, & delendum participium οὖσα. Cæterùm ad hanc siue εὐτέλειαν siue αὐτάρκειαν pertinent cùm aliæ sententiæ, tum verò ista,

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου;
Ἃ δὴ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν.

Id certè & Sextus philosophus testatur. ὁ δὲ αὐτάρκειαν ὑπαγορεύων (inquit) συμπεσοῦται τὸ δόγμα ἐκ τοῦ τὸν Εὐριπίδην λέγειν, Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι &c. Habentur autem hi versus (duo priores saltem) apud Stobæum, initio capitis περὶ σωφροσύνης: sed præterquam quòd falsò sub Menandri nomine afferuntur (sequendo quidem vulgatas editiones typographicas) subiunguntur aliis nequaquam eodem pertinẽtibus: perinde tamen acsi vnus idémque locus vel potius vna eadémque sententia esset. Ita enim ibi quinque isti versus coniunguntur,

Οὐκ ἔστ' ἀπ' ἔργων μὴ καλῶν ἔπη καλά.

Αἶ αἶ· τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν,
Ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μή.
Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυεῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς πώματός θ' ὑδρηχόου;

Et tamen quæ his versibus continẽtur, ad vnã eandémque sententiam non pertinere, manifestum est. Sed vt priores inter se cohærere demus, quid commune cum illis posteriores duo habent? Imò verò sententiam continent planè conuenientem cum hac Lucani, -*satis est populis fluuiúsque Ceré sque.* quantis ista ibi διηγηματικῶς potius quàm γνωμικῶς dicantur.

MENANDRI.

Ταμεῖον ἀρετῆς ἐστὶ σωφροσύνη μόνη.
Virtutis est penu vna temperantia.

EVRIPIDIS.

— ἀλλ' ἐν τῇ φύσει
Τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντ' ἀεί.
--naturæ insitum
Inhæret omne temperantiæ genus.

Eiusdem.

Οὐδεὶς ἐλεύθερος, ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν.
Haud liber vllus qui sibi non temperat.

Potest etiam reddi, *Haud liber ille qui sui est incontinens.* Vel, *Qui non sibi moderatur, ille haud liber est.* Sed alicubi afferuntur illa verba sub Pythagoræ nomine; quum tamen efficiant iambum, addẽdo articulum post ἐλεύθερος, hoc modo, Οὐδεὶς ἐλεύθερος ὁ ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν. vel potius, mutãdo tantùm ordinem verborum, ita, Οὐδεὶς, ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν, ἐλεύθερος. Eadem est horum quoque verborum sen-

tentia, quæ eidem philoſopho tribuũtur, ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι πάθεσι δουλεύοντα. Quibus in verbis habemus vnius ex Ciceronianis paradoxis argumentum.

Eiuſdem.

Οὐδεὶς ἔπαινον ἡδοναῖς ἐκτήσατο.
Nulli voluptas peperit vnquam gloriam.

ALEXIDIS.

Φεῦγ' ἡδονὴν φέρουσαν ὕστερον βλάβην.
Quæ fert voluptas damna fugiatur tibi.

ANAXANDRIDAE.

Μηδέποτε δοῦλον ἡδονῆς σαυτὸν ποίει.
Λάγνης γυναικός ἐστιν, οὐκ ἀνδρὸς, τόδε.
Caue ſeruus vnquam ne voluptatis ſies.
Libidinoſæ fœminæ eſt hoc, non viri.

MENANDRI.

Ὄνειδος αἰσχρὸς βίος, ὅμως κἂν ἡδὺς ᾖ.
Eſt vita turpis dedecus, ſuauis licet.

SOPHOCLIS.

Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς τοῖς καλῶς πεφυκόσι.
Natis honeſtè turpe viuere turpiter.

Eiuſdem.

Οὐ γὰρ δίκαιον ἄνδρα γενναῖον φρένας
Τέρπειν ὅπου μὴ καὶ δίκαια τέρψεται.
Nanque generoſum gaudiis frui virum
Quæ iuſta non ſint, eſſe fas non arbitror.

Hi duo verſus apud Stobæũ ſequũtur eum qui & hîc proximè illos præcedit: videlicet, Ζῆν αἰσχρὸν αἰσχρῶς

τοῖς καλῶς πεφυκόσι: nimirum tanquam ei apud Sophoclem ſubiungantur. Sed illum tamen apud Sophoclem inuenies in Electra (pag.124 meæ editionis) duobus illis minimè ſequẽtibus. Poſſunt certè, vndecunque ſint, inter gnomas ad iuſtitiam pertinentes referri: ſicut & hic qui ſub titulo περὶ σωφροσύνης extat, Χαίρειν ἐπ' αἰσχραῖς ἡδοναῖς οὐ δεῖ ποτε, eo fortaſſe pertinet, vt αἰσχραὶ ἡδοναὶ ſint non voluptates obſcœnæ, (quanuis apud Stobæum ita reddatur) ſed dicantur vt αἰσχρὰ κέρδεα, quæ iniuſtè & malis artibus comparantur. Poſſunt etiam dici voluptates turpes quæcunque percipiũtur ex rebus in quibus honeſtas à virtute præſcripta non ſeruatur. Legimus apud Stobæum & hoc dictum, eodem pertinens, ἡδονὴν οὐ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ αἱρεῖσθαι χρεών.

PYTHAGORAE, ſeu PYTHAGOREORVM.

—κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε,
Γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
Καὶ θυμοῦ.

--fac conſueſcas moderarier iſtis,
In primis vẽtri, ſomno: Veneri quoque & iræ.

CHARETIS.

Γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν.
Μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν,
Ἀεὶ δὲ τοῦ δέοντος ἐνδεῖται πλέον.

Adhibere ventri frena debes omnia.
Quæcunque dederis, nullam habebit gratiam:
Semper requiret plus eo quod eſt ſatis.

Poſſit & ita reddi primus verſus,

Frenare ventrem nitere omnibus modis.

INCERTI AVT.

Πλήρου τε δέῤῥιν κνείων εἴτ᾽ ἀλφίτων,
Οὐδὲν διοίσει ταῦτα γαστρὸς ἐν μυχοῖς.

Cutem farina farciatis vel fauis,
Nil different hæc ventris in receſsibus.

Poſsis κνεία de placẽtis etiam intelligere. nam Heſychius ſcribit κνεῖον eſſe τὸ τῶν μελισσῶν, καὶ εἶδος πλακοῦντος.

INCERTI AVTORIS.

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

A ventre craſſo tenuis haud mens gignitur.

Huc pertinent iſti verſus apud Stobæum, qui & ſuprà commemorati fuerunt.

Ὅσοι δὲ φιλοσοφοῦντες ἐν μοχθοῦσί τι,
Ἐνταῦθ᾽ ὑπάρχει τῷ βίῳ γαστρὸς κρατεῖν.
Διδάσκαλος γὰρ οὖσα ἡ εὐτέλεια σοφῶν,
Καὶ τῶν ἀρίστων γίνεται βουλευμάτων.

EVRIPIDIS.

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ᾽ ὑδρηχόου;
Ἃ δὴ πάρεστι, καὶ πέφυχ᾽ ἡμᾶς τρέφειν.

Quid vita poſcit, niſi duo, mortalium,
Cereale munus, & liquorem fluminis?
His alere natura eſt potis paſsim obuiis

Eiuſdem.

Ἐν πλησμονῇ τοι κύπρις, ἐν πεινῶσι δ᾽ οὔ.

Eſt ſaturitatis aſſecla, haud famis, Venus.

Eiuſdem.


Φεῦ φεῦ, τὸ σῶφρον ὡς ἁπανταχῆ καλὸν,
Καὶ δόξαν ἐσθλὴν ἐν βροτοῖς κομίζεται.

Quàm pulchra res vbique continentia,
Quantum inter homines aſſequi ſolet decus.

EVRIPIDIS.

Ἐγὼ δ᾽ οὐδὲν πρεσβύτερον
Νομίζω τῆς σωφροσύνης,
Ἐπεὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ ξύνεστι.
Ego autem nihil antiquius
Duco temperantia:
Quoniam probis ſemper conuerſatur.

Hos verſus, qui apud Stobæum leguntur ſub Menãdri nomine, eſſe Euripidis ex Plutarcho diſcimus, apud quem ſcriptum eſt τᾶς σωφροσύνας Doricé. Reddidi autem eos oratione ſoluta, quòd temperãtiæ appellatio ingredi verſum, ſeruata eadem menſura, non poſſet.



DE TEMPERANTIA.

NASONIS.

Eſt virtus, placitis abſtinuiſſe bonis.

HORATII.

Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.

SILII.

Quippe nec ira deûm tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantũ ſola noces animis illapſa voluptas.

PLAVTI.

Voluptas eſt malorum eſca.

PVBLII IN MIMIS.

Laſciuia & laus nunquam habent concordiam.

HORATII.

Inter cuncta leges & percũctabere doctos,
Qua ratione queas traducere leniter æuũ:
Ne te ſemper inops agitet vexétq; cupido,
Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium ſpes.

Eiuſdem.

At bona pars hominum, decepta cupidine falſo,
Nil ſatis eſt, inquit; quia tanti quantum habeas ſis.

Eiuſdem.

Nõne cupidinib' ſtatuit natura modũ? quẽ,
Quid latura ſibi, quid ſit dolitura negatum,
Quærere plus prodeſt, & inane abſcindere
ſoldo. Eiuſdem.

uíſnam igitur liber? ſapiẽs, ſibíque imperioſus.
Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent.
Reſpõſare cupidinibus cõtemnere honores
Fortis, & in ſeipſo totus teres atq; rotũdus,
Externi nequid valeat per læue morari:
In quem manca ruit ſemper fortuna.

Eiuſdem.

--ſcelerum ſi bene pœnitet,
Eradenda cupidinis
Praui ſunt elementa, & teneræ nimis
Mentes aſperioribus
Formandæ ſtudiis.

Eiuſdem.

Latius regnes, auidum domando
Spiritum quàm ſi Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.

IVVENALIS.

--nec plura venena
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſæpius vllum
Humanæ mẽtis vitium quàm ſæua cupido
Indomiti ſenſus.

Eiuſdem.

Senſit Alexander, teſta quum vidit in illa
Magnum habitatorẽ, quãto felicior hîc, qui
Nil cuperet, quàm qui totum ſibi poſceret orbem,
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.

PVBLII SYRI.

Effugere cupiditatem, regnum eſt vincere.

INCERTI AVT. apud Senecam.

Is minimo eget mortalis qui minimũ cupit.

Qui ſequuntur loci, ad laudem αὐταρκείας ſeu εὐτελείας propriè pertinent: id eſt, ad laudem animi ſua ſorte contenti, & frugalitatis. Interim tamen conueniũt huic περὶ σωφροσύνης capiti, id eſt de temperãtia: quum huius ſit non ſolùm cupiditatibus reſiſtere, & voluptates prætermittere (vt de illa Cicero loquitur) ſed etiam paruo contentam eſſe, & frugalitatem amplecti. vnde illud Democriti, τράπεζαν πολυτελέα μὲν τύχη παρατίθησιν, αὐτάρκεια δὲ σωφροσύνη.

HORATII.

Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leues ſomnos timor aut cupido
Sordidus aufert.

Eiuſdem.

Quanto quiſque ſibi plura negauerit,
A diis plura feret. nil cupientium

Nudus castra peto: & transfuga, diuitum
Partes linquere gestio:
Contemptæ dominus splendidior rei,
Quàm si quicquid arat impiger Appul?,
Occultare meis dicerer horreis,
Magnas inter opes inops.
Puræ riuus aquæ, syluáque iugerum
Paucorum, & segetis certa fides meæ,
Fulgentem imperio fertilis Africæ
Fallit sorte beatior.
Quãquam nec Calabræ mella ferunt apes:
Nec Læstrygonia Bacchus in amphora
Languescit mihi: nec pinguia Gallicis
Crescunt vellera pascuis:
Importuna tamen pauperies abest:
Nec si plura velim, tu dare deneges.
Contracto melius parua cupidine
Vectigalia porrigam,
Quàm si Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem. Multa petentibus
Desunt multa: bene est cui deus obtulit
Parca quod satis est manu.

Eiusdem.

Quæ virtus, & quãta, boni, sit viuere paruo:
(Nec meus hic sermo est, sed quem præcepit Ofellus
Rusticus, abnormis sapiens, crassáque Minerua)
Discite nõ inter lances, mensásque nitẽtes,
Quũ stupet insanis acies fulgoribus, & quũ

Accliuis falsis animus, meliora recusat.

Et paulo póst.

Accipe nunc, victus tenuis quæ quantáque secum
Afferat. in primis, valeas bene. nã variæ res
Vt noceant homini, credas, memor illius escæ
Quæ simplex olim tibi sederit. at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis:
Dulcia se in bilem vertent, stomachóque tumultum
Lenta feret pituita. vides vt pallidus omnis
Cœna desurgat dubia? quin corpus onustũ
Hesternis vitiis animũ quoque prægrauat vnà;
Atq; affigit humo diuinæ particulã auræ.
Alter, vbi dicto citiùs curata sopori
Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.
Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam:
Siue diem festum rediẽs aduexerit annus,
Seu recreare volet tenuatum corpus: vbiq;
Accedent anni, & tractari mollius ætas
Imbecilla volet, tibi quídnam accedet ad istam
Quam puer & validus præsumis mollitiẽ, seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?

Eiuſdem.

-vel dic quid referat
Intra naturæ fines viuenti, iugera centū an
Mille aret.

Paulo pòſt,

At qui tantulo eget quanto eſt opus, is neque limo
Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in vndis.

Aliquanto pòſt,

Neſcis quò valeat nummus,quem præbeat vſum?
Panis ematur,olus,vini ſextarius: adde
Queis humana ſibi doleat natura negatis.

Eiuſdem.

Auream quiſquis mediocritatem
Diligit,tutus caret obſoleti
Sordibus tecti,caret inuidenda
Sobrius aula.

Eiuſdem.

Deſiderantem quod ſatis eſt,neque
Tumultuoſum ſollicitat mare,
Nec ſæuus Arcturi cadentis
Impetus,aut orientis Hœdi:
Non verberatæ grandine vineæ,
Fundúſque mendax :arbore nunc aquas
Culpante,nunc torrentia agros
Sidera,nunc hyemes iniquas.

Eiuſdem.

Eiusdem.

Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet.

Habes suprà quoque eadem verba, in alio huius ipsius poetæ loco, --bene est cui deus obtulit Parcâ quod satis est manu. Sed vicissim ex eodē habes suprà, At bona pars hominū, decepta cupidine falso, Nil satis est, inquit. quia tanti quantum habeas sis. Itidémque dixit Martialis, Fortuna multis dat nimis, satis nulli. In quo dicto respicitur ad cupiditatem, seu cupidinem, quæ est semper inops: vt canit Flaccus.

INCERTI AVT. apud Senecā.

Quod vult habet qui velle quod satis est potest.

Simul autem affertur & hic versus, suprà relatus inter eos qui cupiditatis mentionē faciunt, Is minimo eget mortalis qui minimum cupit.

IVVENALIS.

Viuite contenti casulis & collibus istis,
O pueri, Marsus dicebat & Hernicus olim,
Vestinúsque senex: panē quæramus aratro
Qui satis est mensis.

LVCANI.

Discite quàm paruo liceat producere vitā,
Et quantum natura petat.

Totum aûtem locum vnde hæc verba sumpta sunt, habebis infrà inter eos qui luxuriam increpant.

CLAVDIANI.

Viuitur exiguo melius. natura beatis
Omnibus esse dedit, siquis cognouerit vti.

Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplici cultu:
Claſſica non fremerent, non ſtridula fraxinus iret:
Non ventus quateret puppes, non machina muros.

Eiuſdem.

Semper inops quicunque cupit. contentus honeſto
Fabricius paruo ſpernebat munera regum.

Cum his verſibus habebis & eos qui ipſos ſequuntur, in eo loco qui poeticas ruſticæ vitæ laudes continet. Pertinet autem primi verſus initium ad præcedentem qui eſt aduerſus cupiditatem, pag. 59. 60. 61. Ac nominatim cum hoc verſu Horatiano conuenit, Ne te ſemper inops agitet vexétque cupido. Siquidem hîc aduerbium Semper non cum verbo Agitet iungẽdum eſt (vt vulgo iungi ſolet) ſed cum nomine Inops.

IVVENALIS.

—menſura tamen quæ
Sufficiat cenſus, ſiquis me conſulat, edam.
Inquãtũ ſitis atq; fames & frigora pòſcũt:
Quantum Epicure tibi paruis ſuffecit in hortis,
Quãtum Socratici ceperunt antè penates.
Nunquã aliud natura, aliud ſapientia dicit.

HORATII.

Pauperies immunda domus procul abſit. ego, vtrum

Naue ferar magna an parua , ferar vnus & idem.

L V C R E T I I.

Quòd ſiquis vera vitam ratione gubernet,
Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè
Æquo animo. neque enim eſt vſquam penuria parui.

Locum vnde ſumpta ſunt hæc carmina, habes infrà, inter ea quæ aurei ſeculi deſcriptionem continent.

HENRICUS STEPHAnus lectori.

AD HUNC locum (id est, ad temperantiæ encomium, simulque ad excitandum illius desiderium) pertinent non solùm ea dicta quæ animum à voluptatibus & luxu deterrere, sed ea etiam quæ à cupiditate diuitiarum auocare, atque adeò ab illa cupiditate ad frugalitatis studium traducere possunt. Diuitias enim ad luxum & voluptates esse administras constat. Atque id testatur qui dixit, Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ. (accinente etiam Latina Musa, Non habet vnde suum paupertas pascat amorem) Necnon is à quo itidem dictum fuit, Οὐδέποτε λιμὸς ἐγέννησε μοιχείαν, οὐδέποτε ἀπορία χρημάτων, ἀσωτίαν. Quin etiam audimus clamantem Diogenem, Οὐκ ἐκ τῶν μαζοφάγων οἱ τύραννοι, ἀλλ' ἐκ τῶν δειπνούντων πολυτελῶς. Denique paupertatem (quæ diuitiarum aduersaria est) audimus à Socrate μικρὰν σωφροσύνην appellari: ab illo ipso Diogene ἀρετὴν αὐτοδίδακτον. Quum ergo apud Latinos poetas pleraque aduersus voluptates & luxū, necnō aduersus illā diuitiarū cupiditatem & in frugalitatis cōmendationē egregiè dicātur, visum est eorum carmina (præsertim quū nonnulla sint à paucissimis adhuc lecta) superioribus tanquā appendicem adiungere.

Non est autem quòd quis miretur hunc de temperantia simulque intemperantia & lu-

xu locum multo fusius quàm cæteros à me tractari: id est, multo pluribus Latinæ Musæ testimoniis iisque prolixioribus ornari. Siquidem præterquam quòd virtus hæc est eiusmodi in cuius laudes area magna (vt Nasonis verbo vtar) patere poetis quibuslibet, eodémque ex fonte vituperatio vitij illi oppositi manare potest, ampliorem etiam Latinis quàm aliis materiam suppeditatam fuisse constat. Suæ nanque Romæ luxus (quam triumphati orbis caput appellant) latissimum illis campum aperiebat: quum, quocunque oculos verterent, nihil aliud quàm luxum seu luxuriē cernerent. Hinc factum est vt in vituperandis diuitiis (ex quibus luxum procreari notum est) ditissima illorum vena fuerit. Adde quòd alioqui etiam dignissima est hæc virtus in cuius diutius quàm in aliarū encomio immoremur: quippe quæ iure optimo ταμιεῖον ἀρετῆς appellata fuerit. Quomodo enim fortis vocari poterit, quomodo aliis imperabit qui voluptatibus, qui cupiditatibus suis imperare non potest, sed contrà illis seruire, illarum imperiosissimum & sæuissimum iugum pati cogitur? Et tamen nemo nisi temperantia instructus responsare illis potest. Age verò, qui iustus esse dicetur quem dominæ illæ malis etiam artibus ea comparare cogunt, vnde ipsarum inexplebilem sitim (tanquam in pertusum do-

lium aquam infundẽs) explere conetur? Quomodo denique prudens eſſe poterit cui inter dominas illas Verſanti,-corpus onuſtũ Heſternis Vitiis, animum quoque prægrauat Vnà, Atque affigit humo diuinæ particulam auræ? Nam Vt omittam Vulgare prouerbium, quo dicitur, παχῖα γαςὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον (non enim intemperantes omnes ſunt γάςρωνες) quomodo ſanum ab eo expectabitur conſilium qui auri & argenti, Vel mulierculæ alicuius amore inſanit? Equidem ſi meritò dicebat olim Xenophonteus Iſchomachus, nec Vinolentis, nec ſomnolentis, nec amore captis curam operum ruſticorum demandari debere: Vix eum ſanæ mentis eſſe putabimus qui prudentiã intemperantiæ contubernalem eſſe exiſtimabit. Hæc autem quũ ita ſint, nemini (Vti dixi) mirum Videri debet, Vberiorem huius loci quàm aliorum tractationem eſſe.

Atque Vt aptum ordinẽ tenerem, & oſtenderem quomodo paulatim humanum genus degeneraſſet, atque à ſumma temperantia & frugalitate ad ſummam intemperantiã ſummúmque luxum (ſicut à ſumma iniuſtitia ad ſummam iniuſtitiam) deueniſſet, libuit à ſeculi aurei deſcriptionibus initium ſumere: in quo & pudicitiam, ſidam temperantiæ comitem, Viguiſſe audimus. Et quoniam quæ ſeculo potiſſimùm aureo regnauit Aſtræa, tanto

agricolas honore dignata est, vt terris excedēs vltima per eos vestigia (teste Marone) faceret, & quandam etiam priscæ illius temperantiæ ac frugalitatis necnon simplicitatis imaginem eos nobis repræsentare videmus: illis de aureo seculo carminibus visum est ea subiungere quæ poetæ Latini de rustica vita laudibus cecinerunt. Inde porrò quum ad reliquos eorum versus venirem, quibus in diuitias & luxum siue luxuriem inuehuntur, & non vnam ab illis rationem reddi animaduerterem cur diuitias & luxum aspernari, potiúsque frugalitatem & temperantiam amplecti suaderent: hæc eorum carmina in certa capita distinxi, ac præfixo vnicuique titulo, quódnam eius esset argumentum, paucis indicaui. Verùm quod ad illos de aureo seculo versus attinet, ideo totos locos lubenter attuli, quòd præter eum quem dixi horum vsum, non parum etiam & vtilitatis & voluptatis, poetices præsertim studiosis, collatio diuersorum eadem de re carminum afferre posset: siue quis diuersos poetas in eiusdem argumenti tractatione, siue diuersos eiusdem poetæ locos inter se conferre velit.

LVCRETII.

Et genus humanũ multo fuit illud in aruis
Durius, vt decuit, tellus quod dura creasset:
Et maioribus & solidis magis ossibus intus

Fundatũ, & validis aptũ per viſcera neruis:
Nec facilè ex æſtu, nec frigore quod caperetur,
Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla.
Multáque per cælum ſolis voluentia luſtra
Volgiuago vitã tractabant more ferarum.
Nec robuſtus erat curui moderator aratri
Quiſquam, nec ſcibat ferro molirier arua,
Nec noua defodere in terram virgulta, neque altis
Arborib' veteres decidere falcibu' ramos.
Quod ſol atque imbres dederãt, quod terra crearat
Spõte ſua, ſatis id placabat pectora donum.
Glãdiferas inter curabãt corpora quercus
Plerúq;: & quæ nũc hyberno tẽpore cernis
Arbuta puniceo fieri matura colore,
Plurima tum tellus etiam maiora ferebat.
Multáq; præterea nouitas tũ florida mũdi
Pabula dia tulit, miſeris mortalibus ampla.
At ſedare ſitim fluuij fontéſque vocabant:
Vt nunc mõtibus è magnis decurſus aquai
Claricitat ad ſe ſitientia ſæcla ferarum.
Denique noctiuagi ſylueſtria tẽpla tenebãt
Nympharũ, quibus exibant humore flucta
Lubrica, proluuie larga lauere humida ſaxa,
Humida ſaxa ſuper viridi ſtillantia muſco:
Et partim plano ſcatere atq; erũpere cãpo.

Necdum res igni ſcibāt tractare, neq; vti
Pellibus,& ſpoliis corpus veſtire ferarum:
Sed nemora,atque cauos mōtes, ſyluáſque
colebant,
Et frutices inter condebāt ſqualida mēbra,
Verbera ventorum vitare imbréſq; coacti.
Nec commune bonum poterant ſpectare,
neque vllis
Moribus inter ſe ſcibant nec legibus vti.
Quod cuique obtulerat prædæ fortuna, fe-
rebat,
Sponte ſua, ſibi quiſque valere: & viuere
doctus.
Et Venus in ſyluis iungebat corpora amā-
tum.
Conciliabat enim vel mutua quáq; cupido,
Vel violenta viri vis,atque impenſa libido:
Vel pretium,glandes,atque arbuta,vel pira
lecta.
Et manuum mira freti virtute pedúmque,
Conſectabantur ſylueſtria ſæcla ferarum
Miſſilibus ſaxis,& magno pondere clauæ:
Multáq; vincebant,vitabāt pauca latebris:
Setigeríſque pares ſuibus ſylueſtria mēbra
Nuda dabāt terræ,nocturno tēpore capti,
Circùm ſe foliis ac frondibus inuoluentes:
Nec plangore diem magno ſolémque per
agros
Quærebāt pauidi,palātes noctis in vmbris:

Sed taciti reſpectabant, ſomnóque ſepulti,
Dum roſea face ſol inferret lumina cælo.
A paruis quòd enim conſuerant cernere ſemper
Alterno tenebras & lucem tempore gigni,
Non erat, vt fieri poſſet, mirarier vnquam:
Nec diffidere ne terras æterna teneret
Nox in perpetuum, detracto lumine ſolis:
Sed magis illud erat curæ, quòd ſæcla ferarum
Infeſtam miſeris faciebant ſæpe quietem:
Eiectíque domo fugiebant ſaxea tecta,
Spumigeri ſuis aduentu, validíque leonis:
Atque intempeſta cedebant nocte pauẽtes
Hoſpitibus ſæuis inſtrata cubilia fronde.
Nec nimio tum plus quàm nunc mortalia ſæcla
Dulcia linquebant labentis lumina vitæ.
Vnus enim tũ quiſq; magis deprẽſus eorũ
Pabula viua feris præbebat, dẽtib' hauſtus:
Et nemora ac montes gemitu ſyluáſque replebat,
Viua videns viuo ſepeliri viſcera buſto.
At, quos effugium ſeruarat, corpore adeſo
Poſterius tremulas ſuper vlcera tetra tenentes
Palmas horriferis accibant vocibus Orcũ:
Donicum eos vita priuarant vermina ſæua
Expertes opis, ignaros quid volnera vellẽt.

At nõ multa virûm ſub ſignis millia ducta
Vna dies dabat exitio: nec turbida ponti
Æquora lædebant naues ad ſaxa, viróſque:
Sed temerè incaſſum mare fluctibus ſæpe
coortis
Sæuibat, leuitérque minas ponebat inanes.
Nec poterat quenquã placidi pellacia põti
Subdola pellicere in fraudẽ ridẽtib' vndis.
Improba nauigii ratio tum cæca iacebat.
Tum penuria deinde cibi languentia letho
Mẽbra dabat: cõtrà nũc rerũ copia merſat.
Illi imprudentes ipſi ſibi ſæpe venenum
Vergebant, nunc dant aliis ſollertius ipſi.

Eiuſdem aliquanto póſt.

Inq; dies magis hi victum vitámq; priorẽ
Cõmutare nouis mõſtrabant rebus & igni,
Ingenio qui præſtabant, & corde vigebant.
Cõdere cœperunt tũ vrbes, arcémq; locare
Præſidium reges ipſi ſibi, perfugiúmque.
Et pecudes, & agros diuiſêre, atque dedêre
Pro facie cuiuſque, & viribus ingenióque.
Nã facies multum valuit, viréſque vigebãt.
Poſterius res inuenta eſt, aurúmq; repertũ,
Quod facilè & validis & pulchris dempſit
honorem.
Diuitioris enim ſectã plerunq; ſequuntur
Quamlibet & fortes & pulchro corpore
creti.

Quòd ſiquis vera vitam ratione gubernet:
Diuitiæ grandes homini ſunt, viuere parcè
Æquo animo. neque enim eſt vnquam penuria parui.
At claros ſe homines voluêre eſſe, atque potentes,
Vt fundamento ſtabilí fortuna maneret,
Et placidam poſſent opulenti degere vitá:
Nequicquã: quoniã ad ſummũ ſuccedere honorem
Certantes, iter infeſtum fecere viai.
Et tamẽ è ſummo quaſi fulmẽ deiicit ictos
Inuidia interdũ contẽptim in tartara tetra:
Vt ſatius multo iam ſit parêre quietum,
Quàm regere imperio res vèlle, & regna tenere.
Proinde ſine incaſſum defeſſi ſanguine ſudent
Anguſtum per iter luctantes ambitionis:
Inuidia quoniã, ceu fulmine, ſũma vaporãt
Plerunque, & quæ ſunt aliis magis edita cunque:
Quandoquidem ſapiunt alieno ex ore, petúntque
Res ex auditis potius quàm ſenſibus ipſis.
Nec magis id nunc eſt, neque erit mox, quàm fuit anté.

Eiusdem.

Præterea nitidas fruges vinetáque læta
Spõte sua primùm mortalibus ipsa creauit,
Ipsa dedit dulces fœtus, & pabula læta,
Quæ nunc vix nostro grãdescunt aucta labore:
Conterimúsq; boues,& vires agricolarum
Conficimus: feris vix aruis suppeditati
Vsqueadeò pereũt fœt⁹, augéntq; labores.
Iámque caput quassans grandis suspirat arator,
Crebrius incassum magnũ cecidisse laborẽ:
Et quũ tẽpora tẽporibus præsentia cõfert
Præteritis,laudat fortunas sæpe parentis:
Tristis itẽ vetulæ vitis sator æqua fatigat:
Temporis incusat nomẽ,sæclúmq; fatigat,
Et crepat,antiquũ genus vt pietate repletũ
Perfacilè angustis tolerarit finibus æuum,
Quum minor esset agri multo modus ante viritim:
Nec tenet,omnia paulatim tabescere,& ire
Ad scopulum,spatio ætatis defessa vetusto.

MARONIS.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni:
Nec signare quidẽ aut partiri limite cãpũ
Fas erat:in medium quærebãt,ipsáq; tellus
Omnia liberius,nullo poscente,ferebat.
Ille malum virus serpentibus addidit atris,

Prædaríq; lupos iussit, pontúmq; moueri:
Melláque decussit foliis, ignémq; remouit,
Et passim riuis currentia vina repressit:
Vt varias vsus meditando extunderet artes
Paulatim, & sulcis fruměti quęreret herbá,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos primùm fluuij sensere cauatas,
Nauita tű stellis numeros & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton.
Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus.
Atque alius latű funda iam verberat amně
Alta petens, pelagóque alius trahit humida lina.
Iam ferri rigor, atque argutæ lamina serræ,
(Ná primi cuneis scindebát fissile lignum)
Tű variæ venere artes. labor omnia vincit
Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.
Prima Ceres ferro mortales vertere terrá
Instituit, quűiá gládes atque arbuta sacræ
Deficerent syluæ, & victű Dodona negaret.
Mox & frumentis &c.

Eiusdem.

Hæc nemora indigenæ Fauni Nymphæque tenebant,
Génsq; virûm trűcis & duro robore nata,

Queis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto:
Sed rami, atque aſper victu venatus alebat.
Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo
Arma Iouis fugiens, & regnis exul adéptis.
Is genus indocile ac diſperſum montibus altis
Cópoſuit, legéſque dedit: Latiúmq; vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aureáque (vt perhibent) illo ſub rege fuere
Secula: ſic placida populos in pace regebat,
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.

Eiuſdem.

- ſic fortis Etruria creuit
Scilicet, & rerum facta eſt pulcherrima Roma,
Septémque vnà ſibi muro circũdedit arces,
Ante etiam ſceptrum Dictæi regis, & antè
Impia quàm cæſis gens eſt epulata iuuẽcis.
Aureus hanc vitã in terris Saturnus agebat.
Nécdum etiã audierãt inflari claſſica, necdũ
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.

NASONIS.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vĩdice nullo
Sponte ſua ſine lege fidẽ rectúmq; colebat.

Pœna metúsque aberant: nec verba minantia fixo
Ære ligabantur: nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.
Nondũ cæsa suis, peregrinũ vt viseret orbẽ,
Montibus in liquidas pinus descenderat vndas:
Nulláq; mortales præter sua littora, norãt.
Nondum præcipites cingebãt oppida fossæ:
Non tuba directi, nõ æris cornua flexi,
Non galeæ, non ensis erat: sine militis vsu
Mollia securæ peragebant otia gentes.
Ipsa quoque immunis, rastróque intacta, nec vllis
Saucia vomerib', per se dabat omnia tellus:
Contentíque cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus, mõtanáque fraga legebãt,
Cornáq; & in duris hærẽtia mora rubetis,
Et quæ deciderãt patula Iouis arbore glandes.
Ver erat æternũ, placidíq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis,
Flumina iã lactis, iã flumina nectaris ibãt,
Flauáque de viridi stillabant ilice mella.
Postquam Saturno tenebrosa in tartara misso,
Sub

Sub Ioue mundus erat, subiítque argentea
proles,
Auro deterior, fuluo pretiosior ære:
Iuppiter antiqui contraxit tempora veris,
Pérque hyemes, æstúsque, & inæquales autumnos,
Et breue ver, spatiis exegit quattuor annũ.
Tum primùm siccis aer feruoribus vstus
Canduit, & ventis glacies astricta pepẽdit.
Tum primùm subiere domos: domus antra fuerunt,
Et densi frutices, & iunctæ cortice virgæ.
Semina tum primùm longis Cerealia sulcis
Obruta sũt, presśiq; iugo gemuere iuuẽci.
Tertia post illam successit aẽnea proles,
Sæuior ingeniis, & ad horrida promptior
arma:
Non scelerata tamen. de duro est vltima
ferro.
Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas. fugêre pudor verúmque fidésque:
In quorũ subiere locum fraudésq; dolíq;,
Insidiæq; & vis, & amor sceleratus habẽdi.
Vela dabat ventis, nec adhuc bene nouerat
illos
Nauita: quæque diu steterant in montibus
altis,
Fluctibus ignotis insultauere carinæ.

Communémque prius (ceu lumina ſolis & auræ)
Cautus humum longo ſignauit limite meſſor.
Nec tantũ ſegetes, alimentáq; debita, diues
Poſcebatur humus: ſed itum eſt in viſcera terræ:
Quáſque recondiderat, Stygiiſque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
Iámque nocẽs ferrum, ferróque nocentius aurum
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque,
Sãguineáq; manu crepitãtia cõcutit arma.
Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer à genero: fratrum quoque gratia rara eſt.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida terribiles miſcẽt aconita nouercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas; & virgo cæde madentes
Vltima cæleſtum terras Aſtręa reliquit.

Eiuſdem.

At vetus illa ætas, cui fecimus aurea nomẽ,
Fœtibus arboreis, & quas humus educat

Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aera pēnas,
Et lepus impauidus mediis errauit in aruis:
Nec sua credulitas piscē suspēderat hamo.
Cuncta sine insidiis, nullámque timentia fraudem,
Plenáq; pacis erāt. postquā nō vtilis autor
Victibus inuidit (quisquis fuit ille deorū)
Corporeásq; dapes auidā demersit in aluū,
Fecit iter sceleri. primóq; è cæde ferarum
Incaluisse potest maculatū sanguine ferrū.
Idq; satis fuerat, nostrúmque petētia lethū
Corpora missa neci salua pietate fatemur:
Sed quàm danda neci, tam nō epulāda fue-
Longius inde nefas abiit, &c. (runt.

Eiusdem.

At quū regna senex cæli Saturnus haberet,
Omne lucrum tenebris alta premebat humus:
Æráque & argentum, cúmque auro pondera ferri
Manibus admorat, nulláque massa fuit.
At meliora dabat, curuo sine vomere, fruges,
Pomáque, & in quercu mella reperta caua.
Nec valido quisquā terrā scindebat aratro,

Dũ populus pauper, dũ noua Roma fuit.
Dum caſa Martigenã capiebat parua Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis vlua torum.
Iuppiter anguſta vix totus ſtabat in æde,
Inque Iouis dextra fictile fulmen erat:
Frondibus ornabant quæ nunc Capitolia gemmis,
Paſcebátque ſuas ipſe ſenator oues.
Nec pudor in ſtipula placidã cepiſſe quietẽ,
Nec fœnũ capiti ſuppoſuiſſe fuit.
Iura dabat populis poſito modò prætor aratro,
Et leuis argenti lamina crimen erat.
At poſtquã fortuna loci caput extulit hui⁹,
Et tetigit ſummo vertice Roma deos,
Creuerunt & opes, & opũ furioſa cupido:
Et quũ poſſideãt plurima, plura petunt.
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant,
Atque ipſæ vitiis ſunt alimenta vices.
Sic, quibus intumuit ſuffuſa vẽter ab vnda,
Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.
In pretio pretiũ nũc eſt, dat cẽſus honores,
Cenſus amicitias. pauper vbique iacet.

Eiuſdem aliquanto póſt.

Hîc vbi nunc Roma eſt, tunc ardua ſylua virebat,
Tantáque res paucis paſcua bubus erat.

Arx mea collis erat quam vulgus nomine
noſtro
Nuncupat, hæc ætas Ianiculúmq; vocat.
Tunc ego regnabam, patiens quum terra
deorum
Eſſet, & humanis numina miſta locis.
Nondum iuſtitiã facinus mortale fugarat:
Vltima de ſuperis illa reliquit humum.
Próque metu populum ſine vi pudor ipſe
regebat:
Nullus erat iuſtis reddere iura labor.

TIBVLLI.

Quàm bene Saturno viuebant rege, prius
quàm
Tellus in longas eſt patefacta vias.
Nõdum cæruleas pinus contẽpſerat vndas,
Effuſum ventis præbuerátque ſinum:
Nec vagus ignotis repetẽs cõpendia terris
Preſſerat externa nauita merce ratem.
Illo nõ validus ſubiit iuga tempore taurus,
Nõ domito frænos ore momordit equ⁹.
Non domus vlla fores habuit, non fixus in
agris
Qui regeret certis finibus arua lapis.
Ipſæ mella dabant quercus, vltróq; ferebãt
Obuia ſecuris vbera lactis oues.
Non acies, nõ ira fuit, non bella: nec enſem
Immiti ſæuus duxerat arte faber.

Nunc Ioue ſub domino cædes & vulnera ſemper:
Nunc mare,nunc lethi mille repẽte viæ.

Eiuſdem.

--nec bella fuerunt
Faginus aſtabat quũ ſcyphus ante dapes.
Non arces,nõ vallus erat: ſomnúmque petebat
Securus varias dux gregis inter oues.

PETRONII ARBITRI.

Indum non fulgebat ebur,quod inhæſera t auro,
Nec iam calcato radiabat marmore terra,
Muneribus deluſa ſuis:ſed crate ſaligna
Impoſitum Cereris vacuæ nemus : & noua terræ
Pocula,quæ facili vılis rota finxerat actu.
Hinc molli ſtılla latus , & de caudice lento
Vimineæ lances,maculatáque teſta Lyæo:
Et paries circa palea ſatiatus inani, (ſtes:
Fortuitóque luto : clauus numerabat agre-
Et viridi iunco gracilis pendebat arundo.
Cõſeruabat opes humilis caſa : mitia ſorba
Præterea quæ fumoſo ſuſpenſa tigillo
Inter odoratas pendebant exta corollas:
Et thymbre veteres, & paſſis vua racemis,
Qualis in Actæa quondã fuit hoſpita terra

Paulatim deinde ad ſuperos Aſtræa receſſit
Hac comite, atque duæ pariter fugêre ſorores.

Eiuſdem.

Quondam hoc indigenæ viuebant more, priuſquam
Sumeret agreſtem poſito diademate falcē
Saturnus fugiēs: tunc quū virgūcula Iuno,
Et priuatus adhuc Idæis Iuppiter antris:
Nulla ſuper nubes conuiuia cælicolarum:
Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis vxor
Ad cyathos: & iam ſiccato nectare tergens
Brachia Vulcanus Liparæa nigra taberna.
Prādebat ſibi quiſq; deus: nec turba deorū
Talis vt eſt hodie: cōtentáq; ſidera paucis
Numinibus miſerum vrgebāt Atlanta minori
Pondere. nondum aliquis ſortitus triſte profundi
Imperium, aut Sicula toruus cum coniuge Pluton.
Nec rota, nec furiæ, nec ſaxum, aut vulturis atri
Pœna: ſed infernis hilares ſine regibus vmbræ.
Improbitas illo fuit admirabilis æuo.
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,

Si iuuenis vetulo non assurrexerat,& si
Barbato cuicunque puer: licet ipse videret
Plura domi farra, & maiores glandis aceruos.
Tam venerabile erat præcedere quattuor annis,
Primáque par adeò sacræ lanugo senectæ.
Nunc si depositum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum tota ærugine follẽ,
Prodigiosa fides, & Thuscis digna libellis,
Quæque coronata lustrari debeat agna.

SENECAE.

--nunc adest mundo dies
Supremus ille qui premat genus impium
Cœli ruina,rursus vt stirpem nouam
Generet renascens melior:vt quondã tulit
Iuuenis tenente regna Saturno poli.
Tunc illa virgo,numinis magni dea,
Iustitia cœlo missa cum sancta fide,
Terras regebat mitis:humanum genus
Non bella norat,nõ tubæ fremitus truces:
Non arma gentes,cingere assuerant suas
Muris nec vrbes:peruium cunctis iter,
Communis vsus omnium rerum fuit:
Et ipsa tellus læta fœcundos sinus
Pandebat vltrò,tam piis felix parens
Et tuta alumnis.alia sed soboles minus
Conspecta mitis,tertium solers genus,
Nouas ad artes extitit:sanctum tamen,

Mox inquietum, quod ſequi curſu feras
Auderet acres, fluctibus tectos graues
Extrahere piſces rete, vel calamo leui
Decipere volucres: premere ſubiectos iugo
Tauros feroces: vulnere immunem prius
Sulcare terram, læſa quæ fruges ſuas
Interius altè condidit ſacro ſinu.
Sed in parentis viſcera intrauit ſuæ
Deterior ætas: eruit ferrum graue,
Aurúmque: ſæuas mox & armauit manus.
Partita fines, regna conſtituit, nouas
Extruxit vrbes: tecta defendit ſuis
Aliena telis, aut petit, prædæ imminens.
Neglecta terras fugit, & mores feros
Hominum, cruenta cæde pollutas manus,
Aſtræa virgo, ſiderum magnum decus.
Cupido belli creuit, atque auri fames:
Totum per orbem maximum exortum eſt
malum,
Luxuria, peſtis blanda: cui vires dedit
Robúrque lõgum tẽpus, atq; error grauis.

Qui ſequuntur eiuſdem Senecæ verſus, apud
eum ſubiunguntur verſibus in laudem vi-
tæ ruſticæ ſcriptis, quos cum aliis e-
iuſdem argumenti habebis in-
frá. Incipit autem ille lo-
cus ab his,

Non alia magis eſt libera & vitio carens,
Ritúſque melius vita quæ priſcos colat,

VITA RVSTICA SEQVENtibus versibus laudatur, & felix prædicatur. Quod autem in præfatione dixi, eos aptè subiũgi illis quibus aureum seculũ describitur, id Senecæ etiam verba testantur, quorum paulo antè mentio facta fuit.

MARONIS.

O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas: quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo facilẽ victũ iustissima tellus.
Si nõ ingentẽ foribus domus alta superbis
Manè salutantũ totis vomit ædibus vndã,
Nec varios inhiãt pulchra testudine postes
Illusásque auro vestes, Ephyreïáque æra,
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:
At secura quies, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum; at latis otia fundis,
Speluncæ, viuíque lacus: at frigida Tempe,
Mugitúsque boum, mollésque sub arbore somni
Non absunt. illis saltus ac lustra ferarum,
Et patiens operũ, paruóq; assueta iuuẽtus:
Sacra deûm, sanctíque patres. extrema per illos

Iustitia excedens terris vestigia fecit.
Aliquanto pòst,
Felix qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitúmque Acherontis auari.
Fortunatus & ille, deos qui nouit agrestes,
Panáque, Syluanúmq; senem, Nympháſque sorores.
Illum nō populi fasces, nō purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
Aut coniurato descendens Dacus ab Istro:
Non res Romanæ, perituráque regna: neque ille
Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa volētia rura
Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
Insanúmq; forū, aut populi tabularia vidit.
Sollicitant alii remis freta cæca, ruúntque
In ferrum: penetrant aulas & limina regū.
Hic petit excidiis vrbē, miserósq; penates,
Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.
Cōdit opes alius, defossóque incubat auro.
Hic stupet attonitus rostris: hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatur enim) plebísque patrúmque,

Corripuit. gaudēt perfusi sanguine fratrū.
Exilióque domos & dulcia limina mutant,
Atque alio patriá quærunt sub sole iacētē.
Agricola incuruo terram dimouit aratro:
Hinc anni labor:hinc patriam, paruósque nepotes
Sustinet:hinc armenta boum, meritósque iuuencos.
Nec requies,quin aut pomis exuberet annus,
Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Prouentúque oneret sulcos, atque horrea vincat.
Venit hyems,&c.

Quæ sequuntur carmina, sunt eius à quo scriptum fuit poematium Culicis nomine dictum:cuius autorem nonnulli Maronem esse arbitrātur. Hoc autem si verum esset, semetipsum velut imitari his in versibus dici posset,conferēdo illos cum proximè præcedentibus.

O bona pastoris,siquis non pauperis vsum
Mente prius docta fastidiat, & probet illis
Omnia,luxuriæ pretiis, incognita curis,
Quæ lacerant auidas inimico pectore mentes.
Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera:si nitor auri
Sub laqueare domus animum non tangit auarum:

Illi dulcis adeſt requies, & pura voluptas,
Libera ſimplicibus curis: huc imminet, omnes
Dirigit huc ſenſus, hæc cura eſt ſubdita cordi,
Quolibet vt requie victu cõtẽtus abundet,
Iucundóq; locet lãguẽtia corpora ſomno.

L V C R E T I I.

O miſeras hominũ mẽtes, ô pectora cæca:
Qualib' in tenebris vitæ,quãtíſq; periclis,
Degitur hoc æui, quodcunque eſt! nónne videre,
Nil aliud ſibi naturam latrare,niſi vt,quum
Corpore ſeiunct' dolor abſit, mẽte fruatur
Iucundo ſenſu,cura ſemota,metúque?
Ergo corpoream ad naturã pauca videmus
Eſſe opus omnino, quæ demant quemque dolorem.
Delicias quoque vti nullas ſubſternerẽ poſſint:
Gratius interdũ neq; natura ipſa requirit.
Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædes,
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditẽtur:
Nec domus argento fulget,auróq; renidet,
Nec cit aris reboant laqueata aurataque templa:

Attamē inter se prostrati in gramine molli,
Propter aquæ riuū, sub ramis arboris altæ,
Nō magnis opibus iucundè corpora curāt:
Præsertim quum tēpestas arridet, & anni
Tempora conspergunt viridantes floribus herbas.
Nec calidæ citius decedunt corpore febres,
Textilibus si in picturis ostróque rubenti
Iacteris, quàm si plebeia in veste cubandum est.

Postremos hosce Lucretiī versus imitatus est Maro (vt etiam Macrobius admonet) in eo quem paulo antè habuisti loco, ex Georg. 2, Si non ingentem foribus domus alta superbis Manè salutantum totis vomit ædibus vndam. &c.

HORATII.

Beatus ille qui procul negotiis,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bubus exercet suis,
Solutus omni fœnore.
Neque excitatur classico miles truci,
Neque horret iratum mare.
Forúmque vitat, & superba ciuium
Potentiorum limina.
Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos,
Aut in reducta valle &c.

Eiusdem.

-Somnus agrestium

Lenis virorum non humiles dómos
Faſtidit,vmbroſámque ripam,
Non Zephyris agitata tempe.

Eiuſdem.

Viuere naturæ ſi conuenienter oportet,
Ponendæque domo quærenda eſt area primùm,
Nouiſtíne locum potiorem rure beato?
Eſt vbi plus tepeant hyemes, vbi gratior aura
Leniat & rabiẽ Canis & momẽta Leonis,
Quũ ſemel accepit ſolẽ furibundus acutũ?
Eſt vbi depellat ſomnos min' inuida cura?

TIBVLLI.

Quàm potius laudãdus hic eſt quem prole parata
Occupat in parua pigra ſenecta caſa.
Ipſe ſuas ſectatur oues,at filius agnos:
Et calidam feſſo comparat vxor aquam.

Eiuſdem.

Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro,
Et teneat culti iugera magna ſoli:
Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte,
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.
Me mea paupertas vitæ traducat inerti,
Dum meus aſſiduo luceat igne focus.
Ipſe feram teneras maturo tempore vites
Ruſticus,& facili grandia poma manu.

--contentus honesto
Fabricius paruo ſpernebat munera regum,
Sudabátque graui conſul Serranus aratro,
Et caſa pugnaces Curios anguſta tenebat.
Hæc mihi paupertas auguſtior, hæc mihi tecta
Culminib⁹ maiora tuis. tibi quærit inanes
Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemptas
Terra dapes. rapiunt Tyrios tibi vellera ſuccos,
Et picturatæ ſaturantur murice veſtes:
Hîc radiant flores,& prati viua voluptas,
Ingenio variata ſuo.fulgentibus illic
Surgunt ſtrata toris, hic mollis panditur herba,
Sollicitum curis non abruptura ſoporem.
Turba ſalutantũ latas tibi perſtrepit ædes:
Hîc auium cantus, labentis murmura riui.

SENECAE.

Non alia magis eſt libera & vitio carens,
Ritúſque melius vita quæ priſcos colat,
Quàm quæ relictis mœnibus ſyluas amat.
Non illum auaræ mentis inflammat furor,
Qui ſe dicauit montium inſontem iugis:
Non aura populi,& vulgus infidum bonis,
Non peſtilens inuidia,non fragilis fauor.
Non ille regno ſeruit,aut regno imminens

Vanos honores ſequitur, aut fluxas opes,
Spei metúſque liber. haud illum niger
Edáxque liuor dente degeneri petit:
Nec ſcelera populos inter atque vrbes ſita
Nouit, nec omnes cõſcius ſtrepitus pauet:
Haud verba fingit: mille non quærit tegi
Diues columnis, nec trabes multo inſolẽs
Suffigit auro: non cruor largus pias
Inundat aras, fruge nec ſparſa ſacra
Centena niuei colla ſubmittunt boues:
Sed rure vacuo potitur, & aperto æthere
Innocuus errat. callidas tantùm feris
Struxiſſe fraudes nouit, & feſſus graui
Labore, niueo corpus Iſmeno fouet.
Nunc ille ripam celeris Alphei legit,
Nunc nemoris alti denſa metitur loca,
Vbi Lerna puro gelida perlucet vado,
Sedémq; mutat: hîc aues querulæ fremunt
Ramíque ventis lenè percuſſi tremunt,
Veteréſque fagi: iuuit aut amnis vagi
Preſſiſſe ripas, ceſpite aut nudo leues
Duxiſſe ſomnos: ſiue fons largus citas
Diffundit vndas, ſiue per flores nouos
Fugiente dulcis murmurat riuo ſonus.
Excuſſa ſyluis poma compeſcunt famem,
Et fraga paruis vulſa dumetis cibos
Faciles miniſtrant. regios luxus procul
Eſt impetus fugiſſe: ſollicito bibant
Auro ſuperbi. quàm iuuat nuda manu

Captasse fontem, si celer somnus premit,
Secura duro membra versantem toro.
Non in recessu furta & obscuro improbus
Quærit cubili, séque multiplici timens
Domo recondit: æthera ac lucem petit,
Et teste cælo viuit.

Hunc de laudibus vitæ rusticæ locum duo percelebres rustici aptè mihi clausuri esse videntur: vnus, Maronis: alter, Claudiani. Canit enim Maro de quodam Corycio sene, Georg. lib. 4,

Nanque sub OEbaliæ memini me turribus altis,
Qua niger humectat flauētia culta Galesus,
Corycium vidisse senem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant. nec fertilis illa iuuencis,
Nec pecori opportuna seges, nec cōmoda Baccho:
Hîc rarū tamen in dumis olus, albáq; circū
Lilia verbenásque premens, vescúmque papauer,
Regum æquabat opes animis: seráque reuertens
Nocte domum, dapibus mensas onerabat inemptis.
Primus vere rosam &c.

Claudianus autem cuiusdam senatoris Veronensis rusticam vitam simul ac felicitatem his versibus celebrauit,

Felix qui propriis æuum transegit in aruis:
  Ipsa domus puerũ quem videt,ipsa senẽ.
Qui baculo nitens in qua reptauit arena,
  Vnius numerat secula longa casæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
  Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.
Nõ freta mercator timuit,nõ classica miles:
  Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum,vicinæ nescius vrbis,
  Aspectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis nõ cõsule cõputat annũ:
  Autumnum pomis,ver sibi flore notat.
Idem condit ager soles,idémque reducit:
  Metitúrque suo rusticus orbe diem.
Ingentẽ meminit paruo qui gramine quer
  Æquæuũ vidit cõsenuisse nemus. (cum,
Proxima cui nigris Verona remotior Indis,
  Benacúmque putat littora rubra lacum.
Sed tamen indomitæ vires firmísq; lacertis
  Ætas robustum tertia cernit auum.
Erret & extremos alter scrutetur Iberos:
  Plus habet hic vitæ, plus habet ille viæ.

LVXVS SIVE LVXVRIAE descriptiones, planè repugnantis descripta frugalitati seculi aurei & vitæ rusticæ.

PVBLII SYRI.

Luxuriæ rictu Martis marcent mœnia.
Tuo palato lautus pauo nascitur,
Plumato amictus aureo Babylonico.

Cætera vide partim inter versus qui luxum circa victum, partim inter eos qui luxum in cultu corporis describunt.

PETRONII ARBITRI.

Orbē iam totū victor Romanus habebat,
Quà mare, quà terræ, quà sidus currit vtrunque.
Nec satiat⁹ erat. grauidis freta pulsa carinis
Iā peragrabantur, siquis sinus abditus vltrà,
Siqua foret tellus quæ fuluum mitteret aurum,
Hostis erat: fatísque in tristia bella paratis
Quærebantur opes. nō vulgo nota placebāt
Gaudia, non vsu plebeio trita voluptas.
Assyria concham laudabat miles in vnda.
Quæsitus tellure nitor certauerat ostro.
Hinc Numidæ crustas, illinc noua vellera Seres,
Atque Arabum populus sua despoliauerat arua.

Ecce aliæ clades, elisæ vulnera pacis.
Quæritur in sylvis Mauri fera: & vltimus Ammon
Afrorum excutitur, ne desit bellua dente
Ad mortes pretiosa suas. premit aduena classes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanũ populo plaudẽte cruorẽ.
Heu pudet effari, periturâque prodere fata.
Persarum ritu malè pubescentibus annis
Surripuêre viros: exactáque viscera ferro
In Venerẽ fregere: atq; vt fuga mobilis æui
Circumscripta mora properantes differat annos.
Quare se natam nõ inuenit. omnibus ergo
Scorta placent; fractíque eneruì corpore gressus,
Et laxi crines, & tot noua nomina vestis,
Quæq; virũ quærũt. ecce Afris eruta terris
Citrea mensa: greges seruorum: ostrúmque renidens
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurũ,
Quæ sensum turbãt. hostile ac mobile lignũ
Turba sepulta mero circumuenit: omniáque orbis
Præmia correptis miles vag' extruit armis.
Ingeniosa gula est. Siculo scarus æquore mersus
Ad mẽsam viuus perducitur: atq; Lucrinis

Eruta littoribus vēdunt conchylia cœnas,
Vt renouent per damna famem. iam Phasidis vnda
Orbata est auibus : mutóq; in littore tantū
Solæ desertis adspirant frondibus auræ.
Nec minor in campo furor est, emptíque Quirites
Ad prædam strepitúmque lucri suffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia patrum.
Est fauor in pretio : senibus quoque libera virtus
Exciderat, sparsísq; opib' cōuersa potestas,
Ipsáq; maiestas auro corrupta iacebat. (est
Pellitur à populo victus Cato : tristior ille
Qui vicit, fascésque pudet rapuisse Catoni.
Nanque hoc dedecus est populi, morúmque ruina.
Non homo pulsus erat:sed in vno victa potestas,
Romanúmque decus. quare iam perdita Roma,
Ipsa sui merces erat, & sine vindice præda.
Porro tergemino deprensam gurgite pridē
Funeris illuuies, vsúsque exederat æris.
Nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus.
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furēs curis latrātibus errat,

Arma placent miseris, detritáque commoda luxu,
Vulneribus reparantur: inops audacia tuta est.

Huc pertinent isti eiusdem poetæ versus, allati suprà, cum aliis inter aurei seculi descriptiones.

Indum non fulgebat ebur, quod inhæserat auro,
Nec iam calcato radiabat marmore terra,
Muneribus delusa suis.

Ad hunc locum faciunt & Maronis illa carmina, quæ habes suprà, inter vitæ rusticæ laudationes,

Nec varios inhiāt pulchra testudine postes,
Illusásque auro vestes, Ephyreiáque æra:
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui.

Necnon istud,

Vt gēma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Idémque dicendum & de iis quæ ex Culice ibidem proferuntur,

Si non Assyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera: si nitor auri
Sub laqueare dom' animū nō tāgit auarū,
Picturæq; decus, lapidum nec fulgor in vlla
Cognitus vtilitate manet: nec pocula, gratū
Alconis Bœtíque toreuma: nec Indi
Conchea bacca maris pretio est.

Huc pertinent & illi Lucretiani, qui eodem loco habentur,

Si non aurea ſunt iuuenum ſimulacra per
  ædes,
Lampadas igniferas manibus retinentia
  dextris,
Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur:
Nec domus argento fulget, auróq; renidet,
Nec citharis reboant laqueata, auratáque
  templa.

Nunc ſequuntur alii aliorum verſus qui eiuſdem ſunt argumenti: primóque ponuntur loco qui luxum in ædificiis & ſubſtructionum inſanis molibus (vt appellat Cicero) deſcribunt.

HORATII.

Iam pauca aratro iugera regiæ
  Moles relinquent: vndique latius
  Extenta viſentur Lucrino
  Stagna lacu: platanúſque cœlebs
Euincet vlmos. tum violaria,
  Myrtúſque, & omnis copia narium
  Spargent oliuetis odorem,
  Fertilibus domino priori:
Tum ſpiſſa ramis laurea feruidos
  Excludet ictus. non ita Romuli
  Præſcriptum & intonſi Catonis
  Auſpiciis, veterúmque norma.
Priuatus illis cenſus erat breuis,

Commune magnum: nulla decempedis
Metata priuatis opacam
Porticus excipiebat Arcton:
Nec fortuitum spernere cespitem
Leges sinebant: oppida publico
Sumptu iubentes & deorum
Templa nouo decorare saxo.

Eiusdem.

Contracta pisces æquora sentiunt,
Iactis in altum molibus. huc frequens
Cæmenta demittit redemptor
Cum famulis, dominúsque terræ
Fastidiosus.

Apud eundem poetam lib. 3, ode 24, legimus, Cæmentis licet occupes Tyrrhenum omne tuis & mare Ponticum.

Eiusdem.

Tu secanda marmora
Locas sub ipsum funus: & sepulcri
Immemor struis domos:
Marísque Baiis obstrepentis vrges
Summouere littora,
Parum locuples continente ripa.
Quid, quòd vsque proximos
Reuellis agri terminos: & vltra
Limites clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In sinu ferens deos
Et vxor, & vir, sordidósque natos.

Eiuſdem odes(quæ eſt XVIII, lib. II) initium eſt hoc,

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar:
Non trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltima reciſas
Africa.

Eiuſdem.

I nunc: argẽtum & marmor vetus, æráque & artes
Suſpice, cũ gẽmis Tyrios mirare colores.

Eiuſdem.

Gemmas, marmor, ebur, Tyrrhena ſigilla, tabellas,
Argentum, veſtes Gætulo murice tinctas,
Sunt qui non habeant, eſt qui nõ curet habere.

Eiuſdem.

Quòd ſi dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum ſidere clarior
Delenit vſus, nec Falerna
Vitis Achæmeniúmque coſtum:
Cur inuidendis poſtibus & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Diuitias operoſiores?

Eiuſdem.

Nẽpe inter varias nutritur ſylua colũnas,
Laudatúrque domus longos quæ proſpicit agros.

An memorem portus Lucrinóque addita claustra?
Atq; indignatũ magnis stridoribus æquor,
Iulia quà ponto longè sonat vnda refuso,
Tyrrhenúsque fretis immittitur æstus Auernis?

TIBVLLI.

Nam graue quid prodest pondus mihi diuitis auri,
Aruáque si findant pinguia mille boues?
Quídve domus prodest Phrygiis innixa columnis,
Tænare siue tuis, siue Caryste tuis?
Et nemora in domib' sacros imitãtia lucos,
Auratæque trabes, marmoreúmq; solũ?
Quídve in Erythræo legitur quæ littore concha,
Tinctáque Sidonio murice lana iuuat?
Et quæ prætcrea populus miratur in illis,
Inuida quæ falsò plurima vulgus amat.
Nõ opibus mẽtes homini curæq; leuãtur.
Nam fortuna sua tempora lege gerit.

Eiusdem.

Prædator cupit immensos obsidere cãpos,
Vt multo innũmeram iugere pascat ouẽ.
Cui lapis externus curæ est, vrbísque tumultu
Portatur validis multa columna iugis.

Claudit & indomitum moles mare, lentus vt intra
Negligat hybernas piscis adesse minas.

Cum hisce postremis verbis, Claudit & indomitum moles mare, confer illa Horatiana, paulo antè allata, Contracta pisces æquora sentiũt, Iactis in altum molibus.

Quinetiam Naso illa molis appellatione in eadem re significanda vsus est, De arte lib. 3,

Nõ quia decrescũt effosso marmore mõtes,
Nec quia cæruleæ mole fugantur aquæ.

Seneca autem non tantùm illam vocem, sed illud etiam Ouidianum loquendi genus retinuit: in Thyeste,

Non classibus piscamur, & retro mare
Iacta fugamus mole.

Hunc item versum Tibulli ex loco proximè præcedente,

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos,

confer cum illo Horatiano,

Nempe inter varias nutritur sylua columnas.

NASONIS.

Prisca iuuẽt alios: ego me nũc deniq; natũ
Gratulor: hæc ætas moribus apta meis.
Nõ quia nũc terræ lẽtum subducitur aurũ,
Lectáque diuerso littore concha venit:
Nõ quia decrescũt effosso marmore mõtes,
Nec quia cæruleæ mole fugantur aquæ:
Sed quia cultus adest &c.

CLAVDIANI.

Quid nunc diuitiæ? quid fului vasta metalli
Conge-

Congeries, quid purpureis effulta colũnis
Atria, prolatæve iuuant ad sidera moles?

SENECAE.

--fulget hic turbæ capax
Immane tectum, cuius auratas trabes
Variis columnæ nobiles maculis ferunt.
Post ista vulgo nota quæ populi colunt,
In multa diues spatia discedit domus.
Arcana in imo regia secessu patet,
Alta vetustum valle compescens nemus,
Penetrale regni.

Vbi licet non de Romanis rebus, more tamẽ Romano loquutus est.

In supellectili quoque magnũ fuisse luxum, ex variis poetarum locis discimus: potissimúmque in lectis, stragulis, mẽsis, poculis. Lectorum eburneorum seu eburnorum meminit Horatius, Sat.6, lib.2,

--iámque tenebat
Nox medium cæli spatium, quum ponit vterque
In locuplete domo vestigia: rubro vbi cocco
Tincta super lectos canderet vestis eburnos:
Multáque de magna superessent fercula cœna,
Quæ procul exstructis inerant hesterna canistris.
Ergo vbi purpurea porrectum in veste locauit
Agrestem.

Vbi obserua & vestem stragulam esse purpuream. Sic apud Maronem,

Vt gemma bibat & Sarrano dormiat ostro.

Apud Tibullum autem est stragula picta, lib. 1, eleg.2,

Nam neque tum plumæ, nec stragula picta soporẽ,
Nec sonitus placidæ ducere posset aquæ.

Vbi etiam animaduertendam est plumarum mentionem fieri, sicut apud Propertiũ legitur, Et fultum

pluma versicolore caput. Vnde apparet alteram lectionem, videlicet pluuiæ, pro plumæ, minimè esse admittendam: præterquam quòd in posteriore versu fit aquæ mentio. Tyrium torum idem Tibullus dicit in proximè præcedentibus versibus,

Quid Tyrio recubare toro sine amore secundo,
Prodest, quum fletu nox vigilanda venit?

Propertius autem ostrinum torum appellauit,

Illa neque Arabium metuit conscendere limen,
Nec timet ostrino Tulle subire toro:
Et miserum toto iuuenem versare cubili.
Quid releuant variis serica textilibus?

In poculis autem varius erat luxus. Erant enim cùm alia, tum crystallina, murrhina, aurea, atque adeò gemmata. de quibus Martialis,

Gemmatum Scythicis vt luceat ignibus aurum,
Aspice quot digitos exuit iste calix.

Huc pertinet & iste Propertii versus,

Nec bibit è gemma diuite nostra sitis.

Quinetiam antiquitas ea summopere commendabat, eorúmque pretium valde augebat. Vnde Flaccus, Sat.4, lib.2, dixit,

Siue grauis veteri crateræ limus adhæsit:

nimirum tanto magis pretiosam esse indicare volens. Legimus apud eundem, Sat.3, lib.1, --mensáve catillum Euandri manibus tritum deiecit. Neque enim illis assentior qui nomen hoc fuisse existimant artificis cuiusdam tempore ipsius poetæ. Sic certè inducit quendam Damasippum dicentem,

-olim nam quærere amabam
Quo vafer ille pedes lauisset Sisyphus ære:
Quid sculptum infabrè, quid fusum durius esset.
Callidus huic signo ponebam millia centum.

Porro in poculis Mentoreum præsertim artificium plurimùm laudabatur: cuius & Propertius memi-

nit, initio elegiæ ad suum Tullum,

Tu licet abiectus Tyberina molliter vnda
  Lesbia Mentoreo vina bibas opere.

Suprà autem, nimirum pag. 107, in versibus ex Culice allatis habes -pocula, gratum Alconis Bœtíque toreuma. Verùm plura de supellectilis luxu siquis scire volet, poetas euoluat, præsertímque Iuuenalem & Martialem. iam enim ad alia luxus genera propero.

LVXVM SEV LVXVRIAM quæ circa cultum corporis erat, ſequentes verſus depingunt. Et quoniam in fœminis maior etiam quàm in viris ſpectabatur (vt noſtro quoque tempore) eos ſelegi qui luxus earum mentionem faciunt.

Fuit alioqui iampridem & de viris ipſis dictum à Lucretio, priſci ſeculi cultum ſimplicem cum poſterorum luxu conferente, libro V,

Tunc igitur pelles: nunc aurum & purpura curis
Exercent hominum vitā bellóque fatigant.

PVBLII SYRI.

Quò margarita cara tibi, bacca Indica?
An vt matrona ornata phaleris pelagiis,
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?
Smaragdum ad quam rem, viridem, pretioſum vitrum?
Quò Carchedonios optas ignes lapideos,
Niſi vt ſcintillent? probitas eſt carbūculus?
Æquum eſt induere nuptā ventum textilē?
Palam proſtare nudam in nebula linea?

PROPERTII.

Luxuriæ nimium libera facta via eſt.

Inda cauis aurum mittit formica metallis,
Et venit è rubro concha Erycina salo:
Et Tyros ostrinos præbet Cadmea colores,
Cinnamon & multi pastor odoris Arabs.

Quod verò quis magis miretur, in ipsis etiam matronis mirabilem luxum circa vestitum notat,

Matrona incedit census induta nepotum,
Et spolia opprobrii nostra per ora trahit.
Nulla est poscendi, nulla est reuerētia dādi:
Aut, si qua est, pretio tollitur ipsa mora.

Eiusdem.

Quid iuuat ornato procedere vita capillo?
Et tenues Coa veste mouere sinus?
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Téq; peregrinis vēdere munerib'?

Et illis quidem versibus elegiam suam inchoat (quæ est secunda libri primi) his autem eam finit,

His tu semper eris nostræ gratissima vitæ,
Tædia dum miseræ sint tibi luxuriæ.

Sed Propertium huius sui voti minimè compotem fuisse ostendunt alii loci. Audimus enim ita canentem, vel potius conquerentem, lib.2,

Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas,
Et iubet ex ipsa tollere dona Tyro.

quanuis dixisset lib. 1, Hanc ego non auro, non Indis flectere gemmis, Sed potui blandi carminis obsequio. Quinetiam alibi ita queritur,

Et potes externos manib' cōponere crines?
Et longa faciem quærere desidia?

Nec minus Eois pectus variare lapillis:
Vt formosa nouo quæ parat ire viro.

TIBVLLI.

Vt mea luxuria Nemesis fluat, útque per vrbem
Incedat donis conspicienda meis.
Illa gerat vestes tenues, quas fœmina Coa
Texuit, auratas dispositque vias.
Illi sint comites fusci, quos India torret,
Solis & admotis inficit ignis equis.
Illi selectos certent præbere colores,
Africa puniceum, purpureúmq; Tyros.

Eiusdem.

O pereat quicunque legit viridésque smaragdos,
Et niueam Tyrio murice tingit ouem.
Hic dat auaritiæ causas, & Coa puellis
Vestis, & è rubro lucida concha mari.

NASONIS.

Vos quoq; nõ caris aures onerate lapillis,
Quos legit in viridi decolor Indus aqua:
Nec prodite graues insuto vestibus auro.
Per quas nos petitis, sæpé fugatis opes.

Eiusdem.

Quid de veste loquar? non iam segmenta requiro,
Nec quæ bis Tyrio murice lana rubet.
Quũ tot prodierint pretio leuiore colores,
Quis furor est cẽsus corpore ferre suos?

IVVENALIS.

Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat
nil,
Quum virides gemmas collo circumdedit,
& quum
Auribus extenſis magnos cõmiſit elenchos.

NASONIS,
aut cuiuſcunque eſt poemation de medicamine faciei.

At veſtræ teneras matres peperere puellas.
Vultis inaurata corpora veſte tegi:
Vultis odoratos poſitu variare capillos,
Conſpicuã gemmis vultis habere manũ.
Induitis collo lapides oriente petitos,
Et quantos onus eſt aure tuliſſe duos.

Proximè autem ſequentibus verſibus nimias virorum quoque in cultu corporis fuiſſe delicias oſtendit: hoc etiam ad excuſandas puellas afferens,

Nec tamen indignũ ſi vobis cura placendi,
Quũ cõptos habeant ſecula noſtra viros.
Fœminea veſtri potiuntur lege mariti:
Et vix ad cult' nupta quod addat habet.

Talium iuuenum meminit & Naſo hoc verſu,
Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.
Notat porro luxum ille & quum odoratos capillos dicit: ſicut etiam Propertius illo verſu antè allato,
Aut quid Orontea crines perfundere myrrha?
Necnon Tibullus, de iuuene quem in ſomnis viderat,
Stillabat Tyrio myrrhea rore coma.

Vbi pro myrrhea perperam in quibuſdam cod. legiturmyrtea. Sed vox Tyrio ſuſpecta fortaſſe non immeritò fuerit, tanquam vocis Syrio locum occupãs. At myrrheum crinem Horatius quoque dixit, Carm.lib.1,

Dic & argutæ properet Neæræ,
Myrrheum nodo cohibere crinem.

Vbi quæ à nonnullis affertur expoſitio, vt myrrheus crinis dicatur qui eſt myrrhei coloris, non conuenit cum præcedentibus locis. Legitur certè & in alio Tibulli loco,

Illius & nitido ſtillent vnguenta capillo.

Verùm ad hunc cultus corporis luxum accedebat & hoc, quòd formam ſuam adulterarent, colorem faciei mẽtientes: idémque & in capillis facientes, aut etiam alios ſupponẽtes. Qua de re præ cæteris queritur Propertius: ideóque ab eius verſibus initium ſumam.

PROPERTII.

Nũc etiã infectos demẽs imitare Britãnos,
Ludis & externo tincta nitore caput.
Vt natura dedit, ſic omnis recta figura.
Turpis Romano Belgicus ore color.
Illi ſub terris fiant mala multa puellæ,
Quæ mentita ſuas vertit inepta comas.
De me, mi certè poteris formoſa videri:
Mi formoſa ſatis, ſi modò ſæpe venis.
An ſi cæruleo quædam ſua tempora ſuco
Tinxerit, idcirco cærula forma bona eſt?

Eiuſdem.

Aut quid Orontea crines perfundere myrrha,

Téque peregrinis vendere muneribus?
Naturæque decus mercato perdere cultu,
Nec finere in propriis membra nitere bonis?
Crede mihi,nō vlla tuę medicina figurę eſt.
Nudus amor formæ nō amat artificem.
Aſpice quos ſummittit humus formoſa colores,
Et veniant ederæ ſponte ſua melius,
Surgat & in ſolis formoſior arbut⁹ antris,
Et ſciat indociles currere lympha vias.
Littora natiuis pellucent picta lapillis,
Et volucres nulla dulcius arte canunt.

In ſequentibus autem falſum candorem appellat,

Nec Phrygium falſo traxit candore maritū
Auecta externis Hippodamia rotis.
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apelleis eſt color in tabulis.
Non illis ſtudium vulgo cōquirere amātes,
Illis ampla ſatis forma pudicitia.

Alibi autem, nimirum lib.3,penult.elegia,conquerens eadem de re, quæſitum candorē appellat quem illo in loco falſum.

Mixtam te varia laudaui ſæpe figura,
Vt quod non eſſes, eſſe putaret amor.
Et color eſt toties roſco collatus Eoo,
Quum tibi quæſitus cādor in ore foret.

Sic quoque Ouidius candorem eas quærere dixit:
ſed ruboris ſimul mentionem faciens:

Scitis & inducta candorem quærere cera:

Sanguine quæ vero nō rubet,arte rubet.

TIBVLLI.

Tum ſtudium formæ eſt,coma quum mutatur,vt annos
Diſſimulet viridi cortice tincta núcis.
Tollere tūc cura eſt albos à ſtirpe capillos,
Et faciem dempta pelle referre nouam.

In quorum verſuum poſtremo rem miram dicit, ſed quæ tamen noſtra etiam ætate factitata fuiſſe perhibetur:eius certè mulieri cuidā ſum conſcius. Quod autem dicit penultimo verſu, apud Propertium itidem legitur,

Vellere tum cupias albos à ſtirpe capillos,
A ſpeculo rugas increpitante tibi.

NASONIS.

Fœmina caniciē Germanis inficit herbis,
Et melior vero quæritur arte color.
Fœmina procedit dēſiſſima crinib⁹ emptis,
Próque ſuis alios efficit ære ſuos.

Propertius autem hos crines appellat externos: vbi canit,

Et potes externos manib⁹cōponere crines,
Et longa faciem quærere deſidia?

Apud Martialem aliquot de his crinibus ſuppoſititiis,ſicut & de dentibus,extant ioci.

Loci in quibus luxus suprà commemoratus opponitur prisci cultus simplicitati, frugalitati, & temperantiæ.

NASONIS.

Simplicitas rudis àntè fuit: nunc aurea Roma est,
Et magnas domiti possidet orbis opes.
Aspice quæ nunc sunt Capitolia, quæq; fuerunt:
Alterius dices illa fuisse Iouis.
Curia, consilio quæ nũc dignissima tãto est,
De stipula, Tatio regna tenente, fuit.
Quæ nunc sub Phœbo ducibúsque palatia fulgent,
Quid nisi araturis pascua bubus erant?

Eiusdem.

Roma, nisi immensum vires promosset in orbem,
Stramineis esset nũc quoque tecta casis.

Eiusdem,
in persona Iani, Fast. lib. 1.

Pluris opes nunc sunt quàm prisci temporis annis,
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit:
Dum casa Martigenã capiebat parua Quirinum,
Et dabat exiguum fluminis vlua torum.
Iuppiter angusta vix totus stabat in æde,
Inque Iouis dextra fictile fulmen erat.

Frondibus ornabant quæ nunc Capitolia gemmis:
Paſcebátque ſuas ipſe ſenator oues.
Nec pudor, in ſtipula placidā cepiſſe quietē,
Nec fœnum capiti ſuppoſuiſſe, fuit.
Iura dabat populis poſito modò prætor aratro:
Et leuis argenti lamina, crimen erat.
At poſtquā fortuna loci caput extulit hui⁹,
Et tetigit ſummo vertice Roma deos,
Creuerunt & opes & opum furioſa cupido:
Et quū poſſideant plurima, plura petūt.
Quærere vt abſumant, abſumpta requirere certant:
Atque ipſæ vitiis ſunt alimenta vices.

Paulo pòſt,

Hîc vbi nunc Roma eſt, tunc ardua ſylua virebat,
Tantáque res, paucis paſcua bubus erat.

PROPERTII.

Hoc quodcunque vides hoſpes, quàm maxima Roma eſt,
Ante Phrygē Æneā collis & herba fuit.
Atq; vbi nauali ſtant ſacra palatia Phœbo,
Euandri profugæ procubuere boues.
Fictilibus creuere deis hæc aurea templa.
Non fuit opprobrio facta ſine arte caſa.
Tarpeiúſque pater nuda de rupe tonabat,
Et Tiberis noſtris aduena bubus erat.

Quò gradibus domus iſta Remi ſe ſuſtulit, olim
  Vnus erat fratrū maxima regna focus.
Curia, prætexto quæ nūc nitet alta ſenatu,
  Pellitos habuit, ruſtica corda, patres.
Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.
  Centum illi in prato ſæpe ſenatus erat.
Nec ſinuoſa cauo pendebant vela theatro:
  Pulpita ſolennes non oluere crocos.
Nulli cura fuit externos quærere diuos,
  Quū tremeret patrio pēdula turba ſacro:
Annuáque accenſo celebrare Palilia fœno,
  Qualia nunc curto luſtra nouātur equo.
Veſta coronatis pauper gaudebat aſellis,
  Ducebant macræ vilia ſacra boues.
Parua ſaginati luſtrabant compita porci,
  Paſtor & ad calamos exta litabat ouis.
Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator,
  Vnde licēs Fabius ſacra Lupercus habet.
Nec rudis infeſtis miles radiabat in armis:
  Miſcebant vſti prælia nuda ſude.

Eodem pertinentia leguntur apud eundem poetam eodem libro, videlicet quarto, eleg. 4. cuius initium,

Tarpeium nemus & Tarpeiæ turpe ſepulcrum
  Fabor, & antiqui limina capta Iouis.
    Et verſibus aliquot interiectis,
Dúmque ſubit primo Capitolia nubila fumo,

Rettulit hirſutis brachia ſecta rubis.

Legimus & apud Maronem,

In ſummo cuſtos Tarpeiæ Manlius arcis
Stabat pro tẽplo,& Capitolia celſa tenebat:
Romuleóq; recens horrebat regia culmo.

Atque vt fictiles deos Propertius dicit in illis qui præcedunt verſibus,ſic & fictilis Iuppiter vocatur à Iuuenale, Fictilis & nullo violatus Iuppiter auro. Ab Ouidio autem tribuitur Ioui fictile fulmen in quodam qui paulo antè allatus fuit loco.

NASONIS.

Corpora ſi veteres non ſic coluere puellæ,
Nec veteres cultus ſic habuere viri:
Si fuit Andromache tunicas induta valẽtes,
Quid mirum?duri militis vxor erat.
Scilicet Aiaci coniux ornata veniret,
Cui tegmen ſeptem terga fuere boum.

Eiuſdem.

Forſitan incultæ Tatio regnante Sabinæ
Noluerint habiles pluribus eſſe viris:
Nunc Mars externis animos exercet in armis,
Et Venus Æneæ regnat in vrbe ſui.

Eiuſdem.

Forſitan antiquæ Tatio ſub rege Sabinæ
Maluerint quàm ſe,rura paterna coli.
Quum matrona premens altum rubicunda ſedile,
Aſſiduo durum pollice nebat opus.

Ipſáq; claudebat quos filia pauerat agnos,
Ipſa dabat virgas cæſáque ligna foco.
At veſtræ teneras matres peperere puellas.
Vultis inaurata corpora veſte tegi.
Vultis odoratos poſitu variare capillos,
Conſpicuā gemmis vultis habere manū.
Induitis collo lapides oriente petitos,
Et quantos onus eſt aure tuliſſe duos.

In cuius loci initio manifeſtum eſt ad illum proximè præcedentem reſpici: cuiuſcūque ſint hi verſus, ex poematio de medicamine faciei ſumpti. Quanuis enim Naſo ſe hoc argumentum tractaſſe dicat, an tamen eius ſit libellus ille dubium eſt.

Eiuſdem.

Ruſticus eſt nimium quem lædit adultera coniux,
Et notos mores non ſatis vrbis habet:
In qua Martigenæ non ſunt ſine crimine nati,
Romulus Iliades, Iliadéſque Remus.

PROPERTII.

Qui quærit Tatios veteres duróſque Sabinos,
Hic poſuit noſtra nuper in vrbe pedem.
Tu prius & fluct⁹ poteris ſiccare marinos,
Altáque mortali deligere aſtra manu,
Quàm facere vt noſtræ nolint peccare puellæ.
Is mos Saturno regna tenente fuit.

Sic suprà ex Iuuenale, Credo pudicitiam Saturno rege moratam In terris. Legitur & apud Nasonem in epistola Phædræ ad Hippolytum, Ista vetus pietas, æuo moritura futuro, Rustica Saturno regna tenente fuit.

TIBVLLI.

Glās alat, & prisco more bibātur aquæ.
Paulo pòst,
Ah pereant artes & mollia iura colendi:
Horrida villosa corpora veste tegant.

PROPERTII,
postquam conquestus est de sua puella, quæ naturæ decus mercato cultu perdebat,

Nō sic Leucippis succēdit Castora Phœbe,
Pollucem cultu non Elaira soror:
Non Idæ & cupido quondā discordia Phœbo
Eueni patriis filia littoribus:
Nec Phrygium falso traxit cādore maritū
Auecta externis Hippodamia rotis.
Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis,
Qualis Apelleis est color in tabulis.
Nō illis studium vulgo cōquirere amātes:
Illis ampla satis forma pudicitia.
Eiusdem.
Felix agrestum quondam pacata iuuentus,
Diuitiæ quorum messis & arbor erant.
Illis pompa fuit decussa cydonia ramo,
Et dare puniceis plena canistra rubis.
Nūc violas tōdere manu, nūc mista referre
Lilia, virgineos lucida per calathos:
Et por-

Et portare ſuis veſtitas frondibus vuas,
Aut variam plumæ verſicoloris auem.
His tum blanditiis &c.

Eiuſdem.

Cur exempla petam Graiûm? tu criminis autor,
Nutrit' duro Romule lacte lupæ.
Tu rapere intactas docuiſti impunè Sabinas,
Per te nũc Romæ quidlibet audet Amor.
Felix Admeti coniux & lectus Vlyſſis,
Et quæcunque viri fœmina limen amat.
Tẽpla Pudicitiæ quid opus ſtatuiſſe puellis,
Si cuiuis nuptæ quidlibet eſſe licet?
Quæ man' obſcœnas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa domo,
Illa puellarum ingenuos corrupit ocellos,
Nequitiæque ſuæ noluit eſſe rudes.
Ah gemat, in terris iſta qui protulit arte,
Iurgia ſub tacita condita lætitia.
Non iſtis olim variabant tecta figuris,
Quum paries nullo crimine pictus erat.
Sed non immeritò velauit aranea fanum,
Et mala deſertos occupat herba deos.

Eiuſdem.

Viuite contenti caſulis & collibus iſtis,
O pueri: Marſus dicebat & Hernicus olim,
Veſtinúſq; ſenex. panẽ quæramus aratro
Qui ſatis eſt mẽſis. laudãt hoc numina ruris.
Quorum ope & auxilio, gratæ poſt munus ariſtæ,

Cõtingũt homines veteris faſtidia quercus,
Nil vetitum feciſſe volet,quẽ nõ pudet alto
Per glaciẽ perone tegi, qui ſũmouet Euros
Pellibus inuerſis. peregrina ignotáq; nobis
Ad ſcelus atque nefas quodcunque eſt,purpura ducit.
Hæc illi veteres pręcepta minoribus.at nũc
Poſt finẽ autumni media de nocte ſupinum
Clamoſus iuuenem pater excitat:accipe ceras,
Scribe puer, vigila, cauſas age:perlege rubras
Maiorũ leges,aut vitẽ poſce libello.
Sed caput intactum buxo,naréſq; piloſas
Annotet,& grandes miretur Lælius alas.
Dirue Maurorũ attegias,caſtella Brigantũ,
Vt locupletẽ aquilã tibi ſexageſimus annus
Afferat.aut,longos caſtrorũ ferre labores
Si piget, & trepido ſoluũt tibi cornua vẽtrẽ
Cũ lituis audita,pares quod vendere poſſis
Pluris dimidio:nec te faſtidia mercis
Vllius ſubeant ablegandæ Tiberim vltra.
Nec credas ponendum aliquid diſcriminis inter
Vnguenta & corium. lucri bonus eſt odor ex re
Qualibet.illa tuo ſententia ſemper in ore
Verſetur, diis atq; ipſo Ioue digna, poetæ.
Vnde habeas quærit nemo,ſed oportet habere.

Hoc monſtrant vetulæ pueris poſcentibus
aſſem:
Hoc diſcunt oẽs ante alpha & beta puellæ.

Eiuſdem.

Scilicet & morbis & debilitate carebis,
Et luctum & curã effugies, & tẽpora vitæ
Longa tibi poſt hæc fato meliore dabũtur:
Si tantum culti ſolus poſſederis agri,
Quantum ſub Tatio populus Romanus a-
rabat.
Mox etiam fractis ætate, ac Punica paſſis
Prælia, vel Pyrrhum immanẽ, gladióſque
Moloſſos,
Tandẽ pro multis vix iugera bina dabãtur
Vulneribus. merces ea ſanguinis atque la-
boris (gratæ
Nullis viſa vnquam meritis minor, aut in-
Curta fides patriæ. ſaturabat glebula talis
Patrem ipſum, turbámque caſæ: qua fœta
iacebat
Vxor, & infantes ludebant quattuor, vnus
Vernulá, tres domini. ſed magnis fratribus
horum
A ſcrobe vel ſulco redeuntibus altera cœna
Amplior, & grãdes fumabãt pultibus ollæ.
Nunc modus hic agri noſtro non ſufficit
horto.

DESCRIPTIO LVXVS
seu luxuriæ quæ circa victum erat.

PETRONII ARBITRI.

Ingeniosa gula est. Siculo scarus æquore mersus
Ad mēsam viuus perducitur: atq; Lucrinis
Eruta littoribus vendunt cōchylia cœnas,
Vt renouēt per dāna famē. iā Phasidis vnda
Orbata est auibus, mutóq; in littore tātùm
Solæ desertis adspirant frondibus auræ.

PVBLII SYRI.

Luxuriæ rictu Martis marcent mœnia.
Tuo palato lautus pauo pascitur
Plumato amictus aureo Babylonico.
Gallina tibi Numidica, tibi gallus spado:
Ciconia etiam peregrina, Græca hospita,
Pietaticultrix, gracilipes, crotalistria,
Auis exul hyemis, titulus tepidi temporis,
Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.

Horatius quoque Numidicæ gallinæ (quam appellat Afram auem) necnon scari, tanquam valde exquisitarum deliciarum, meminit.

Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magísve rhombus, aut scari:
Siquos Eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vertat mare.
Non Afra auis descendat in ventrem meum,
Non attagen Ionicus,
Iucundior, quàm lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum.

Eiusdem.

--non in caro nidore voluptas
Sũma, ſed in teipſo eſt. tu pulmẽtaria quære
Sudando. pinguẽ vitiis, albúmq;, nec oſtrea,
Nec ſcarus, aut poterit peregrina iuuare lagois.
Vix tamen eripiã, poſito pauonę, velis quin
Hoc potiùs quàm gallina tergêre palatum,
Corruptus vanis rerum: quia væneat auro
Rara auis, & picta pãdat ſpectacula cauda.
Tanquam ad rem attineat quicquam. num veſceris iſta
Quam laudas pluma? cocto num adeſt honor idem?
Carne tamẽ, quanuis diſtat nihil, hac magis illa,
Imparibus formis deceptum te patet. eſto:
Vnde datum ſentis, lupus hic Tiberinus, an alto (amnis
Captus hiet: pontéſne inter iactatus an
Oſtia ſub Thuſci? laudas inſane trilibrem
Mullum, in ſingula quem minuas pulmenta neceſſe eſt.
Ducit te ſpecies video. quò pertinet ergo
Proceros odiſſe lupos? quia ſcilicet illis
Maiorem natura modum dedit, his breue pondus.
Ieiunus raró ſtomachus vulgaria temnit.
Porrectum magno magnũ ſpectare catino

Vellem, ait Harpyis gula digna rapacibus: at vos
Præſentes Auſtri coquite horum obſonia: quanuis
Pûtet aper, rhombúſque recens: mala copia quando
Ægrum ſollicitat ſtomachum: quum rapula plenus
Atq; acidas mauult inulas. necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum. nam vilibus ouis
Nigríſque eſt oleis hodie locus. haud ita pridem
Galloni præconis erat acipenſere menſa
Infamis. quid? tum rhombos minus æquor alebat?
Tutus erat rhombus, tutóq; ciconia nido,
Donec vos autor docuit prætorius. ergo
Siquis nunc mergos ſuaues edixerit aſſos,
Parebit praui docilis Romana iuuentus.

IVVENALIS.

Multos porro vides quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitū ſolet expectare macelli,
Et quibus in ſolo viuendi cauſa palato eſt.
Egregius cœnat meliúſq; miſerrimus horū,
Et citò caſurus, iam perlucente ruina.
Interea guſtus elemēta per omnia quærūt,
Nunquā animo pretiis obſtātib' . interius ſi

Attendas, magis illa iuuant quæ pluris e-
muntur.

Eiuſdem.

Plurima ſunt, Fuſcine, & fama digna ſini-
ſtra,
Et nitidis maculam ac rugā figentia rebus,
Quæ monſtrant ipſi pueris tradúntque pa-
rentes.
Si damnoſa ſenem iuuat alea, ludit & hæres
Bullatus. paruóq; eadē mouet arma fritillo.
Nec de ſe meli' cuiquā ſperare propinquo
Concedit iuuenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem iure natantes
Mergere ficedulas didicit, nebulone parēte
Et cana mōſtrāte gula. quū ſeptimus annus
Trāſierit puero, nondū omni dēte renato,
Barbatos licet admoueas mille inde magi-
ſtros,
Hinc totidem, cupiet auto cœnare paratu
Semper, & à magna nó degenerare culina.

Luxuriosis epulis, quæ in præcedentibus versibus descriptæ fuerunt, hîc parabiles & frugales opponuntur.

HORATII.

--videas metato in agello
Cum pecore & natis fortẽ mercede colonũ,
Non ego, narrãtẽ, temere edi luce profesta
Quicquam præter olus, fumosæ cum pede pernæ.
Ac, mihi seu lógũ post tẽp' venerat hospes,
Siue operũ vacuo gratus cõuiua per imbrẽ
Vicinus: bene erat, nõ piscibus vrbe petitis,
Sed pullo atq; hædo. tũ pensilis vua secũdas
Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu.
Post hoc ludus erat cuppa potare magistra.
Ac venerata Ceres vti culmo surgeret alto,
Explicuit vino contractæ seria frontis.
Sæuiat atq; nouos moueat fortuna tumultus,
Quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcius aut vos
O pueri nituistis, vt huc nouus incola venit?

Eiusdem.

Hoc ego commodius quàm tu, præclare senator,
Multis atque aliis, viuo. quacũque libido est
Incedo solus, percunctor quãti olus, ac far.

Fallacem circum vespertinúmque pererro
Sæpe forum: assisto diuinis. inde domú me
Ad porri & ciceris refero lachaníq; catinú.
Cœna ministratur pueris tribus: & lapis albus
Pocula cú cyatho duo sustinet. astat echin⁹
Vilis, cú patera guttus, Campana supellex.
Deinde eo dormitum &c.

Vide suprà eiusdem poetæ versus, quibus victus tenuis commoda enumerat, pag. 63.

IVVENALIS.

Hæc olim nostri iam luxuriosa Senatus
Cœna fuit. Curi⁹, paruo quæ legerat horto,
Ipse focis breuibus ponebat oluscula: quæ nunc
Squalidus in magna fastidit cópede fossor,
Qui meminit calidæ sapiat quid vulua popinæ.
Sicci terga suis, rara pédétia crate,
Moris erat quondam festis seruare diebus,
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente noua, si quá dabat hostia, carne.
Cognatorum aliquis titulo ter cósulis, atq;
Castrorum imperiis & dictatoris honore
Functus, ad has epulas solito maturiùs ibat,
Erectum domito referens à monte ligoné.
Quum tremerét autem Fabios, durúmque Catonem,
Et Scauros, & Fabricios, rigidíque seueros
Censoris mores etiam collega timeret:

Nemo inter curas & ſeria duxit habendũ,
Qualis in Oceani fluctu teſtudo nataret,
Clarũ Troiugenis factura ac nobile fulcrũ:
Sed nudo latere & paruis frons ærea lectis
Vile coronati caput oſtendebat aſelli,
Ad quod laſciui ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi, qualis dom' atq; ſupellex.
Tunc rudis & Graias mirari neſcius artes,
Vrbibus euerſis, prædarũ in parte reperta
Magnorum artificũ frãgebat pocula miles,
Vt phaleris gauderet equus, cælatáq; caſſis
Romuleæ ſimulacra feræ, mãſueſcere iuſſæ
Imperii fato, & geminos ſub rupe Quirinos,
Ac nudã effigiẽ clypeo fulgentis & haſta,
Pendentíſque dei perituro oſtẽderet hoſti.
Argenti quod erat, ſolis fulgebat in armis.
Ponebant igitur Thuſco farrata catino
Omnia tũc: quibus inuideas, ſi liuidulus ſis.
Templorum quoque maieſtas præſentior, & vox
Nocte ferè media, mediámque audita per vrbem,
Littore ab Oceani Gallis veniẽtibus, & diis
Officiũ vatis peragentibus, his monuit nos.
Hanc rebus Latiis curam præſtare ſolebat
Fictilis & nullo violatus Iuppiter auro.
Illa domi natas noſtráq; ex arbore mẽſas
Tẽpora viderunt: hos lignũ ſtabat in vſus,

Annoſam ſi fortè nucem deiecerat Eurus·
At nunc diuitibus cœnandi nulla voluptas:
Nil rhõbus,nil dama ſapit: pûtere vidẽtur
Vnguẽta atq; roſæ, latos niſi ſuſtinet orbes
Grande ebur, & magno ſublimis pardus hiatu,
Dentibus ex illis quos mittit porta Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro obſcurior Indus,
Et quos depoſuit Nabathæo bellua ſaltu,
Iam nimios, capitíque graues. hinc ſurgit orexis,
Hinc ſtomacho bilis.nã pes argenteus illis,
Annulus in digito quod ferreus.

NVNQVAM SECVROS esse diuites: pauperes contrà, summa securitate fruentes, Vtranque in aurem dormire.

HORATII.

An vigilare metu exanimē, noctésq; diésq;
Formidare malos fures, incendia, seruos,
Ne te compilent fugiẽtes: hoc iuuat? horũ
Semper ego optarim pauperrimus esse bonorum.

IVVENALIS.

Tantis parta malis, cura maiore metúque
Seruātur. misera est magni custodia census.
Dispositis prædiues hamis vigilare cohortē
Seruorũ noctu Licinus iubet, attonitus pro
Electro signísq; suis, Phrygiáq; columna,
Atque ebore, & lata testudine.

Eiusdem.

Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus, gladium contúmque timebis,
Et motæ ad lunam trepidabis arundinis vmbram:
Cantabit vacuus coram latrone viator.

Eiusdem.

--sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus. tunc illa time quũ pocula sumes
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

Venenú in auro bibitur: expertus loquor.

Eiuſdem.

--regios luxus procul
Eſt impetus fugiſſe. ſollicito bibant
Auro ſuperbi. quàm iuuat nuda manu
Captaſſe fontem: ſi celer ſomnus premit,
Secura duro membra verſantem toro.
Non in receſſu furta & obſcuro improbus
Quærit cubili, ſéque multiplici timens
Domo recondit. æthera ac lucem petit,
Et teſte cælo viuit.

Eiuſdem.

Pectora pauper ſecura gerit.
Tenet è patula pocula fago,
Sed non trepida tenet illa manu.
Carpit faciles viléſque cibos:
Sed non ſtrictos reſpicit enſes.
Aurea miſcet pocula ſanguis.

Eiuſdem.

--O quantum bonum eſt
Obſtare nulli, capere ſecuras dapes.
Humi iacentem ſcelera non intrant caſam,
Tutúſque menſa capitur anguſta cibus.

Eiuſdem.

Quanti caſus humana rotant.
Minus in paruis fortuna furit,
Leuiúſque ferit leuiora deus.

Seruat placidos obſcura quies,
Præbet ſomnos caſa ſecuros.
Admota ætheriis culmina ſedibus
Duros excipiunt Notos
Inſani Boreæ minas,
Imbriferúmque Corum.
Humida vallis raros patitur
Fulminis ictus. tremuit telo
Iouis altiſoni Caucaſus ingens,
Phrygiúmque nemus matris Cybeles,
Metuens cælo Iuppiter alto
Vicina petit:non capit vnquam
Magnos motus humilis tecti
Plebeia domus.

His addere potes de ſecuro ruſticorum ſomno locum Horatii ex pag.98 & 99, -ſomnus agreſtium Lenis virorum &c. Item ex Claudiano, --hîc mollis panditur herba,Sollicitum curis non abruptura ſoporem.

NVLLVM ESSE ARGENTI vel auri pondus, nihílque aliud eorum quæ in diuitiis numerantur, quod corporis vel animi morbis mederi: multo etiã minus quod eripere à mortis laqueis poßit.

M. TERENTII VARRONIS.

Non fit thesauris non auro pectu' solutum:
Non animis demunt curas ac relligiones,
Persarum montes, non atria diuiti' Crassi.

Hunc locum conferens cum sequente Lucretii, obserua, religiones & curas vtrobique eodem modo coniungi.

Nec calidæ citius decedũt corpore febres,
Textilibus si in pictf ris ostróque rubenti
Iacteris, quàm si plebeia in veste cubãdum
est.
Quapropter quoniã nil nostro in corpore
gazæ
Proficiũt, neq; nobilitas, neq; gloria regni,
Quod superest, animo quoque nil prodesse
putandum.
Si non fortè tuas legiones per loca campi
Feruere quũ videas belli simulacra cientes,
Feruere quũ videas classẽm, latéque vagari:
His tibi tum rebus timefactæ relligiones
Effugiunt animo pauidæ, mortísq; timores
Tum vacuũ pectus linquũt, curáq; solutũ.
Qnòd si ridicula hæc ludibriáq; esse videmus,

Re veráq; metus hominũ curæq; ſequaces
Nec metuũt ſonitus armorũ, nec fera tela:
Audactérqinter reges rerúmque potentes
Verſantur, neq; fulgorẽ reuerẽtur ab auro,
Nec clarum veſtis ſplendorem purpureai:
Quid dubitas quin omne ſit hoc rationis egeſtas,
Omnis quũ in tenebris præſertim vita laboret?

Eiuſdem.

Nã quũ vidit hic,ad victũ quæ flagitat vſus,
Et per quæ poſſent vitam conſiſtere tutam,
Omnia iam fermè mortalibus eſſe parata:
Diuitiis homines & honore & laude potentes
Affluere,atq; bona natorũ excellere fama:
Nec minus eſſe domi cuiquam tamen anxia corda,
Atque animũ infeſtis cogi ſeruire querelis:
Intellexit,ibi vitium vas efficere ipſum,
Omniáque illius vitio corrumpier intus,
Quę collata foris & cõmoda cunq; venirẽt.

TIBVLLI.

Nõ opibus mẽtes homini curæq; leuãtur.

HORATII.

Non domus & fundus, non æris aceruus & auri
Ægroto domini deduxit corpore febres,
Nõ animo curas.valeat poſſeſſor oportet

Si

Si comportatis rebus bene cogitat vti.

Eiuſdem.

Non enim gazæ, neque conſularis
Summouet lictor miſeros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.

Paulo póſt.

Scandit æratas vitioſa naues
Cura: nec turmas equitum relinquit,
Ocyor ceruis, & agente nimbos
Ocyor Euro.

Eiuſdem.

--ſed timor & minæ
Scandunt eodem quò dominus: neque
Decedit ærata triremi, &
Poſt equitem ſedet atra cura.
Quòd ſi dolentem nec Phrygius lapis,
Nec purpurarum ſidere clarior
Delenit vſus: nec Falerna
Vitis, Achæmeniúmque coſtum:
Cur inuidendis poſtibus & nouo
Sublime ritu moliar atrium?
Cur valle permutem Sabina
Diuitias operoſiores?

Paulo anté.

Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt ſaporem:

Non auium citharæque cantus
Somnum reducent.

Eiuſdem.

Intactis opulentior
Theſauris Arabum, & diuitis Indiæ,
Cæmentis licet occupes
Tyrrhenũ omne tuis & mare Pōticũ:
Si figit adamantinos
Summis verticibus dura neceſſitas
Clauos: non animum metu,
Non mortis laqueis expedies caput.

Eiuſdem.

Eſt vt viro vir latiùs ordinet
Arbuſta ſulcis, hic generoſior
Deſcendat in campum petitor:
Moribus hic meliórque fama
Contendat: illi turba clientium
Sit maior: æqua lege neceſſitas
Sortitur inſignes & imos.
Omne capax mouet vrna nomen.

Eiuſdem.

Cedes coemptis ſaltibus, & domo,
Villáque flauus quam Tiberis lauit,
Cedes: & exſtructis in altum
Diuitiis potietur hæres.
Diuéſne priſco natus ab Inacho,
Nil intereſt, an pauper, & infima
De gente ſub diuo moreris,
Victima nil miſerantis Orci.

Eiuſdem.

--Scilicet omnibus
Quicunque terræ munere veſcimur,
Enauiganda,ſiue reges,
Siue inopes erimus coloni.

Eiuſdem.

Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas
Regúmque turres.

Eiuſdem.

Quid vici proſunt,aut horrea, quídve Calabris
Saltibus adiecti Lucani?ſi metit Orcus
Grandia cum paruis,non exorabilis auro?

SENECAE.

Licet exſtruat marmoribus atq; auro tegat
Superbus aulam,limen armatæ ducis
Seruent cohortes: mittat immenſas opes
Exhauſtus orbis, ſupplices dextram petant
Parthi cruentam, regna diuitias ferant:
Veniet dies tempúſque quo reddat ſuis
Animã nocentẽ ſceleribus,iugulũ hoſtibus,
Deſertus & deſtructus,& cunctis egens.

IVVENALIS.

Scilicet & morbis & debilitate carebis,
Et luctum & curam effugies,& tẽpora vitæ
Longa tibi poſt hæc fato meliore dabũtur,
Si tantum culti ſolus poſſederis agri,

Quantum ſub Tatio populus Romanus arabat..

Hæc autem ironicè dici animaduertendum eſt.

LVCANI.

--non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus conſule Bacchus:
Non auro myrrháque bibunt : ſed gurgite puro
Vita redit:ſatis eſt populis fluuiúſque Ceréſque.

Quæ tamen à poeta διηγηματικῶς dicuntur, potiùs quàm γνωμικῶς.

QVEMADMODVM Aquæ, quo plus sunt potæ, plus sitiuntur, ita quo plus diuitiarum aliquis comparauerit, tanto maiorem earum cupiditatem accendi.

NASONIS.

At postquã fortuna loci caput extulit hui',
Et tetigit summo vertice Roma deos,
Creuerunt & opes & opum furiosa libido:
Et quum possideãt plurima, plura petũt.
Quærere vt absumant, absumpta requirere certant:
Atque ipsæ vitiis sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa vẽter ab vnda,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

HORATII.

Latiùs regnes auidum domando
Spiritum, quàm si Libyam remotis
Gadibus iungas, & vterque Pœnus
Seruiat vni.
Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Eiusdem.

Crescentem sequitur cura pecuniam,
Maiorúmque fames.

Eiuſdem.

--ſcilicet improbæ
Creſcunt diuitiæ, tamen
Curtæ neſcio quid ſemper abeſt rei.

IVVENALIS.

Interea pleno quum turget ſacculus ore,
Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit:
Et minus hanc optat qui non habet: ergo paratur
Altera villa tibi, quum rus nõ ſufficit vnũ.
Et proferre libet fines: maiórque videtur
Et melior vicina ſeges: mercaris & hanc, &
Arbuſta, & denſa montem qui canet oliua.

Alluditur autem hîc ad iſtos Naſonis verſus, Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris, Vicinúmque pecus grandius vber habet. Sed aliò tamen reſpiciens Naſo hæc cecinit: nimirum ad id quod dixerat, nouam voluptatem eſſe gratam, & nos magis alienis quàm noſtris delectari.

Eiuſdem.

--nam diues qui fieri vult,
Et citò vult fieri. ſed quæ reuerentia legum,
Quis metus aut pudor eſt vnquam properantis auari?

SVLPICII LVPERCI.

O quàm mendoſe votũ inſaturabile habẽdi
Imbuit infami pectora noſtra malo!
Quãlibet immẽſo diues vigil incubet auro,
Æſtuat augendæ dira cupido rei.

Heu mala paupertas nũquam locupletis auari:
Dum ſtruere immodicè quod tenet optat, eget.
Quis metus hic legum, quæve eſt reuerentia veri,
Creſcenti nummo ſi mage cura ſubeſt?

Elegiam vnde ſumpti ſunt hi verſus, habebis infrà, in capite de malis quæ diuitiarum cupiditas affert.

CLAVDIANI.

Creſcebat ſcelerata ſitis: prædæque recẽtis
Inceſtus flagrabat amor: nullúſque petendi
Cogendíve pudor.

Eiuſdem.

Ac primùm ſcelerum matrem, quæ ſemper habendo
Plus ſitiens, patulis rimatur faucibus aurũ,
Trudis auaritiam.

PETRONII ARBITRI.

Orbẽ iam totũ victor Romanus habebat,
Quà mare, quà terræ, quà ſidus currit vtrunque:
Nec ſatiatus erat.

Sequentia vide ſuprà pag.104. Vide item pag.106 Nec minor in campo furor eſt, &c. interiectis de luxu multis verſibus.

Eiuſdem.

Nec bibit inter aquas, neque poma natantia ſumit
Tantalus infelix, quẽ ſua vota premunt.

Diuitis hæc magni facies erit, omnia latè
Qui tenet, & sicco cōcoquit ore famem.

De periculis quibus se homines obiiciunt (ac præsertim mercatores) & de malis quæ patiuntur, impellente diuitiarum cupiditate.

LVCANI.

Vsqueadeo solus ferrum mortémq; timere
Auri nescit amor.

HORATII.

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

Quibus in versibus nō dubiū est quin ad illos Theognidis respiciat, quibus paupertatem ita fugere præcipit,

Ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα, καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ῥιπτεῖν, καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Extat alioqui & apud quendam poetam Græcum eadem sententia, de cupiditate diuitiarum quæ in aperta vitæ discrimina homines trudit. Is poeta, est Dionysius, in poematio quod οἰκουμένης περιήγησις inscribitur,

Οὐ δό μοι βίος ἐστὶ μελαγνάων ἐπὶ νηῶν,
Οὐδέ μοι ἐμπορίη πατρώϊος· οὐδ' ἐπὶ Γάγγην
Ἔρχομαι (οἷά τε πολλοὶ Ἐρυθραίου διὰ πόντου,
Ψυχῆς οὐκ ἀλέγοντες, ἵν' ἄσπετον ὄλβον ἕλωνται)
Οὐδὲ μὲν Ὑρκανίοις ἐπιμίσγομαι. &c.

Eiuſdem.

Quid leges ſine moribus
  Vanæ proficiunt? ſi, neque feruidis
Pars incluſa caloribus
  Mundi, nec Boreæ finitimum latus,
Durataque ſolo niues
  Mercatorem abigunt? horrida callidi
Vincunt æquora nauitæ.
  Magnum pauperies opprobrium iubet
Quiduis & facere & pati:
  Virtutíſque viam deſerit arduæ.

Poſſunt verò illis verſibus adiici & iſti eiuſdē poetæ, licet generalius hominum in nauigando audaciam deſcribentes:

Quem mortis timuit gradum
  Qui ſiccis oculis monſtra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
  Infames ſcopulos Acroceraunia?
Nequicquam deus abſcidit
  Prudens Oceano diſſociabili
Terras, ſi tamen impiæ
  Non tangenda rates tranſiliunt vada.
Audax omnia perpeti
  Gens humana ruit per vetitum nefas.

IVVENALIS.

An magis oblectant animū iactata petauro
Corpora, quíque ſolent rectum deſcendere
  funem, (raris,
Quàm tu, Corycia ſemper qui puppe mo-

Atq; habitas, Coro sẽper tollẽd' & Austro,
Perditus, ac vilis sacci mercator olentis:
Qui gaudes pingui antiquæ de littore Cretæ
(nas?
Passum & municipes Iouis aduexisse lage-
Hic tamen ancipiti figens vestigia planta
Victum illa mercede parat, brumámque famémque
Illa reste cauet: tu propter mille talenta
Et centum villas temerarius. aspice portus
Et plenum magnis trabibus mare. plus hominum est iam
In pelago. veniet classis quocunq; vocarit
Spes lucri. nec Carpathiũ Gætuláq; tãtùm
Æquora transiliet: sed longè Calpe relicta
Audiet Herculeo stridẽtem gurgite solem.
Grãde operæpretiũ est, vt tẽso folle reuerti
Inde domũ possis, tumidáq; superbus aluta,
Oceani mõstra & iuuenes vidisse marinos.
Non vnus mentes agitat furor: ille sororis
In manibus vultu Eumenidum terretur & igni:
c boue percusso mugire Agamemnona
Hicredit,
Aut Ithacum. parcat tunicis licet atque lacernis,
Curatoris eget qui naueẽ mercibus implet
Ad summum latus, & tabula distinguitur vna:

Quũ ſit cauſa mali tãti & diſcriminis huius
Cõciſũ argẽtũ in titulos faciéſq; minutas.
Occurrunt nubes & fulgura: ſoluite funẽ,
Frumenti dominus clamat, piperíſque coemptor:
Nil color hic cæli, nil faſcia nigra minatur:
Æſtiuum tonat. infelix hac forſitan ipſa
Nocte cadet fractis trabibus, fluctúq; premetur
Obrutus, & zonam læua morſúq; tenebit.
Sed cuius votis modò nõ ſuffecerat aurum
Quod Tagus & rutila voluit Pactolus arena,
Frigida ſufficient velantes inguina panni,
Exiguúſque cibus: merſa rate naufragus aſſem
Dum rogat, & picta ſe tempeſtate tuetur.
Tantis parta malis cura maiore metúque
Seruantur. &c.

In verſu qui eſt nonus à fine, non putaui dubitandum quin pro Ac reponendum eſſet Hac, potius quàm An.

DIVITIAS, VEL POTIVS diuitiarum cupiditatem, malorum multorum humano generi causam esse & fuisse.

MARONIS.

--quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

HORATII.

-- concidit auguris
Argiui domus ob lucrum
Demersa excidio.

Hic per lucrum intelligimus lucri cupiditatem. Sic M. Tullius, eandem fabulam commemorans, scribit: Eriphylam accepimus in fabulis, ea cupiditate fuisse, vt quum vidisset monile, vt opinor, ex auro & gemmis, pulchritudine eius incensa salutẽ viri proderet. Hoc autem exemplum ab aliis etiam poetis commemoratum fuit, vt sequẽtes loci indicant. Quibus addendus est quidam ex sequente Sulpicii Luperci elegia.

PROPERTII.

Aspice quid donis Eriphyla inuenit amaris,
Arserit & quantis nupta Creusa malis.

Eiusdem.

Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro venalia iura:
Aurũ lex sequitur, mox sine lege pudor.
Torrida sacrilegũ testãtur lumina Brennũ,
Dum petit intonsi Pythia regna dei.
At mons laurigero concussus vertice duras

Gallica Parnassi sparsit in arma niues.
Te scelus accepto Thracis Polymnestoris auro
Nutrit in hospitio non Polydore pio.
Tu quoque vt auratos gereres Eriphyla lacertos,
Dilapsis nusquā est Amphiaraus equis.

NASONIS.

Non fuit armillas tanti pepigisse Sabinas
Vt premerēt sacræ virginis arma caput.
Ex quibus exierat traiecit viscera ferro
Filius, & pœnæ causa monile fuit.

Qui duo posteriores versus ad præcedētem illam de Eriphyle fabulam pertinent: cuius & alibi meminit, nomen illius mulieris referens: nimirum De arte lib.1, non procul ab initio.

TIBVLLI.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quàm ferus & verè ferreus ille fuit.
Tūc cædes hominū generi, tūc prælia nata,
Tūc breuior diræ mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra
Vertimus, in sæuas quod dedit ille feras.
Diuitis hoc vitium est auri: nec bella fuerūt
Faginus astabat dum scyph' ante dapes.
Non arces, nō vallus erat: somnúmque petebat
Securus varias dux gregis inter oues.

Eiuſdem.

Ferrea nō Venerē ſed prædā ſecula laudāt.
Præda tamen multis eſt operata malis.
Præda feras acies cinxit diſcordibus armis.
Hinc cruor, hinc cædes, mors propiórque venit.
Præda vago iuſſit geminare pericula pōto,
Bellica quū dubiis roſtra dedit ratibus.
Prædator cupit immenſos obſidere cāpos,
Vt multo innumerā iugere paſcat ouē.

Obſerua autem hîc prædam vbique, præterquam primo loco, pro prædæ cupiditate potius eſſe accipiendam: ſicut lucrum ab Horatio de lucri cupiditate dici, paulo antè admonui.

PROPERTII.

Ergo ſollicitæ tu cauſa pecunia vitæ es:
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu vitiis hominū crudelia pabula præbes:
Semina curarum de capite orta tuo.

IVVENALIS.

Inde ferè ſcelerum cauſæ. nec plura venena
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſæpius vllum
Humanæ mētis vitium, quàm ſæua cupido
Indomiti cenſus.

SENECAE.

Rupere fœdus impius lucri furor
Et ira præceps, quæque ſuccenſas agit
Libido mentes.

SVLPICII LVPERCI
elegia de cupiditate diuitiarum.

Heu misera in nimios hominum petulantia
census.
Cæcus inutilium quò ruit ardor opum?
Auri dira fames & non expleta libido
Ferali pretio vendat vt omne nefas.
Sic latebras Eriphyla viri patefecit, vbi au-
Accepit, turpis materiā sceleris. (rum
Sic quondā Acrisiæ in gremiū per claustra
puellæ
Corruptore auro fluxit adulterium.
O quā mendosè votū insaturabile habēdi
Imbuit infami pectora nostra malo!
Quālibet immenso diues vigil incubet au-
Æstuat augendæ dira cupido rei. (ro,
Heu mala paupertas nunquam locupletis
auari:
Dū struere immodicè quod tenet optat,
eget.
Quis metus hic legum, quæve est reueren-
tia veri,
Crescenti nummo si mage cura subest?
Cognatorū animas promptū est patrúmq;
cruorem
Fundier. affectus vincit auara fames.
Diuitis est semper fragiles malè quærere
gazas.
Nulla huic in lucro cura pudoris erit.

Iſtud templorũ damno exitióque requirit.
Hoc cælo iubeas vt petat, inde petet.
Mirum ni pulchras artes Romana iuuẽtus
Diſcat, & egregio ſudet in eloquio:
Vt poſt iuriſonæ famoſa ſtipendia linguæ,
Barbaricæ ingeniis anteferantur opes.
Atqui ſunt quos propter honeſtũ rumpere (fœdus
Audeat inlicitè pallida auaritia.
Romani ſermonis egens ridendáq; verba
Frãgit ad horrificos turbida lĩgua ſonos.
Sed tamẽ ex vultu appetitur ſpes grata nepotum.
Saltẽ iſtud noſtri forſan honoris habẽt.
Ambuſti torris ſpecies, exeſáque ſeclo
Abduntur priſcis corpora de tumulis.
Perplexi crines, frons improba, tempora (preſſa,
Extãtes mala deficiente genæ:
Simatæque iacent pando ſinuamine nares.
Territat os nudum, cæſáq; labra tumẽt.
Defoſſum in ventrẽ propulſo põdere tergũ
Frangitur, & vacuo crure tument genua.
Diſcolor in manib' ſpecies, ac turpius illud
Quod cutis obſcurè pallet in inuidiam.

DIVITIARVM COMItem luxum ſiue luxuriem, multorum malorum cauſam eſſe, ac ſemper fuiſſe: atque adeò florentia etiam imperia euertiſſe.

IVVENALIS.

Prima peregrinos obſcœna pecunia mores
Intulit, & turpi fregerunt ſecula luxu
Diuitiæ molles.

SENECAE.

Neglecta terras fugit & mores feros
Hominum, cruenta cæde pollutas manus,
Aſtræa virgo, ſiderum magnum decus.
Cupido belli creuit atque auri fames.
Totum per orbem maximum exortum eſt malum
Luxuria, peſtis blanda: cui vires dedit
Robúrq; lõgum tempus atq; error grauis.
Paulo pòſt,
Luxuria victrix orbis immenſas opes
Iãpridẽ auaris manibus, vt perdat, rapit.

CLAVDIANI.

--ſed quòd diſſuaſor honeſti
Luxus & humanas oblimat copia mentes.
Eiuſdem.
Luxuries, prædulce malũ, quæ dedita ſẽper
Corporis arbitriis, hebetat caligine ſenſus,
Mẽbráq; Circæis effœminat acriùs herbis.

Blãda quidẽ vultu, ſed qua non tetrior vlla
Interiùs:fucata genas,& amicta doloſis
Illecebris,toruos auro cicumlinit hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis.

Eiuſdem.

--nam cætera regna
Luxuries vitiis odiiſque ſuperbia vertit.
Sic malè ſublimes fregit Spartanus Athenas,
Atq; idẽ Thebis cecidit. ſic Medus ademit
Aſſyrio,Medóq; tulit moderamina Perſes.
Subiecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe
Romanis.hæc auguriis firmata Sibyllæ.

LVCANI.

--ô prodiga rerum
Luxuries,nunquã paruo contenta paratu,
Et quæſitorum terra pelagóque ciborum
Ambitioſa fames,& lautæ gloria menſæ,
Diſcite quàm paruo liceat producere vitã,
Et quantum natura petat.

Qui autem ſequuntur eiuſdem poetæ verſus,conueniunt cum illis poſtremis Claudiani,de regnis quæ Luxuries vitiis odiiſque ſuperbia vertit.

--ſed publica belli
Semina,quæ populos ſemper merſere potentes.
Nanque vt opes nimias mundo Fortuna ſubacto
Intulit,& rebus mores ceſſere ſecundis,

Prædáq; & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ:
Nō auro,tectíſve modus: menſáſq; priores
Aſpernata fames. cultus geſtare decoros
Vix nuribus, rapuere mares. fœcunda virorum
Paupertas fugitur, totóque arceſſitur orbe
Quo gens quæque perit. tum longos iungere fines
Agrorum,& quondā duro ſulcata Camilli
Vomere, & antiquos Curiorum paſſa ligones
Longa ſub ignotis extendere rura colonis.

PROPERTII.

Frangitur ipſa ſuis Roma ſuperba bonis.

Hunc enim verſum ad luxū potiſsimùm referri arbitror. Aliter autem Horatius dixit Romam ſuis viribus ruere, item ſua dextera perire, de bellis ciuilibus loquens. At verò quod quidam mole ſua ruere illam dixerūt, poteſt itidem ad luxum, ſicut & ad nimiam potentiam, referri. Conuenit quidem cum eo quod Lucanus dicit, In ſe magna ruunt. (quum paulo antè dixiſſet, Nec ſe Roma ferens) Cui ſimile videtur eſſe quod apud Senecam legitur in Agamemnone,

--ſidunt ipſo
Pondere magna, cedítque oneri
Fortuna ſuo.

MEDIOCRITATIS ET FRVgalitatis laudatio: ad quas amplectendas nos hortantur quæ de diuitiis & earum comite luxuria dicta fuerunt. Quo autem illæ paupertati viciniores sunt, eo propius à temperãtia aberimus: quũ frugalitas dicta sit esse paupertas volũtaria, paupertas autem à Socrate appellata sit parua temperantia.

HORATII.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
　Sobrius aula.
Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt turres: feriúntque summos
　Fulmina montes.

Quos versus proximè præcedũt isti, mediocritatem allegoricè significantes,

Rectiùs viues Licini, neque altum
Semper vrgendo, neque, dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
　Littus iniquum.

Eiusdem.

Viuitur paruo bene cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum,
Nec leues somnos timor aut cupido
　Sordidus aufert.

--quicquid in altum
Fortuna tulit, ruitura leuat.
Modicis rebus longius æuum eſt.
Felix, mediæ quiſquis turbæ
Parte quietus, aura ſtringit
Littora tuta: timidúſque mari
Credere cymbam, remo terras
Propiore legit.

Eiuſdem.

Fata ſi liceat mihi
Fingere arbitrio meo,
Temperem Zephyro leui
Vela, ne preſſæ graui
Spiritu antennæ tremant.
Lene ſed modicum fluens
Aura, nec vergens latus,
Ducat intrepidam ratem.
Tuta me media vehat
Vita decurrente via.
Cnoſſium regem timens
Alta dum demens petit,
Artibus fidens nouis,
Certat & veras aues
Vincere, ac falſis nimis
Imperat pennis puer,
Nomen eripuit freto:
Callidus medium ſenex
Dædalus librans iter,

Nube ſub media ſtetit
Alitem expectans ſuam.

In prioribus huius loci verſibus, ex OEdipo, imitatur illam Horatii allegoriam, --ſapienter idẽ Contrahes vento nimium ſecundo Turgida vela. (ſicut in iſtis verbis loci qui hîc iſtum proximè præcedit, ex Agamemnone, --remo terras Propiore legit, reſpicit ad illa Horatii, --neque altum Semper vrgendo) at in poſterioribus Naſonem imitatur, in illo videlicet ab Icari ruina exemplo. Vtitur autem eodem & in iſtis verſibus, Herculis OEtei,

Quiſquis medium defugit iter,
Stabili nunquam tramite curret.
Dum petit vnum præbere diem,
Patrióſque puer concitat axes,
Nec per ſolitum percurrit iter,
Sed Phœbeis ignota ſecat
Sidera flammis, errante rota,
Secum pariter perdidit orbem.
Medium cæli dum ſulcat iter,
Tenuit Latias Dædalus oras,
Nullique dedit nomina ponto.
Sed dum volucres vincere veras
Icarus audet, patriáſque puer
Deſpicit alas, Phœbóque volat
Proximus ipſi, dedit ignoto
Nomina ponto.

Interiectis autem tribus verſibus vtitur eadem illa quæ à nauigantibus ſumpta eſt allegoria,

Stringat tenuis littora puppis

Nec magna meos aura phaſelos
Iubeat medium ſcindere pontum.

Eadem vtens & alibi, nimirum in Octauia, canit,

--bene paupertas
Humili tecto contenta latet:
Quatiunt altas ſæpe procellæ
Aut euertit fortuna domos.

Alibi autem idem argumentum tractans, id eſt mediocritatem itidem laudans, reliquas eiuſdem loci Horatiani comparationes, vnà cum illa prima imitatur: canens in Agamemnone, non procul ab eo qui allatus inde fuit loco,

Vela ſecundis inflata notis
Ventos nimium timuere ſuos.
Nubibus ipſis inſerta caput
Turris pluuio vapulat auſtro,
Denſáſque nemus ſpargens vmbras
Annoſa videt robora frangi.
Feriunt celſos fulmina colles.

Illas verò à vento & fulmine ſumptas comparationes ſic alibi imitatur, nimirum in Hippolyto: mediocritatem ſimiliter laudans,

Admota ætheriis culmina ſedibus
Duros excipiunt Notos,
Inſani Boreæ minas
Imbriferúmque Corum:
Humida vallis raros patitur
Fulminis ictus.

Pertinent denique ad mediocritatis laudem cùm alii huius poetæ loci, tum hic, in Thyeste,

Mihi crede, falsis magna nominibus placet.
Frustra timentur dura. dum excelsus steti
Nunquam pauere destiti, atque ipsum mei
Ferrum timere lateris &c.

Item hic, in Hercule OEteo,

Coniux modico nupta marito
Non disposito clara monili
Gestat pelagi dona rubentis,
Nec gemmiferas detrahit aures
Lapis Eoa lectus in vnda:
Nec Sidonio mollis aheno
Repetita bibit lana rubores:
Nec Mæonia distinguit acu
Quæ Phœbeis subditus Euris
Legit Eois Ser arboribus:
Quælibet herbæ tinxere colos
Quas indoctæ neuere manus:
Sed non dubios fouet illa toros.

NASONIS.

Vsibus edocto si quicquam credis amico,
  Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
Viue tibi, quantúmq; potes prelustria vita.
  Sæuum prælustri fulmen ab arce venit.
Nã quanquã soli possunt prodesse potẽtes,
  Nó prosit potius siquis obesse potest.
Effugit hybernas demissa antẽna procellas,
  Latáq; plus paruis vela timoris habent.

Aſpicis vt ſumma cortex leuis ĩnatat vnda,
Quũ graue nexa ſimul retia mergat on⁹.

Aliquanto pòſt illa vtitur comparatione à Dædalo & Icaro ſumpta, quam imitatum eſſe Senecam dixi: vbi canit,

Quid fuit vt tutas agitaret Dædalus alas,
Icarus immenſas nomine ſignet aquas?
Nẽpe quòd hic altè, demiſſiùs ille volabat.
Nam pennas ambo non habuere ſuas.
Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit: & intra
Fortunam debet quiſque manere ſuam.

Paulo pòſt,

Tu quoq; formida nimiũ ſublímia ſemper:
Propoſitíque, precor, contrahe vela tui.

Aliquanto pòſt.

Viue ſine inuidia, molléſq; inglorius annos
Exige: amicitias & tibi iunge pares.

Sed quod ad diſtichum illud attinet,
Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes,
Non proſit potius ſiquis obeſſe poteſt,
aliam quoque poſterioris verſus lectionem eſſe, & quidem magis vulgo receptam, fateor: videlicet,
Non proſunt, potius plurimum obeſſe ſolent.
Verùm (vt alibi admonui) præterquam quòd ſequẽdo hanc ſcripturam, durior eſt verſus quàm vt Naſone dignus videri queat, non talem ſententiam cõtinet qualem ab huiuſmodi poeta expectandam fuiſſe ſcimus. Friget enim ac iacet dictum iſtud, Quanquam ſoli potentes prodeſſe poſſunt, tamen nõ proſunt, ſed potius plurimum obeſſe ſolent. Contrà ve-

rò in altera lectione, hac nimirum, Non prosit potius siquis obesse potest, (vel, quisquis obesse potest) habemus quod statim nos celebris illius prouerbii commonefacere debeat, Procul à Ioue, & procul à fulmine. Perinde acsi diceret Naso, Non tanti esse cuiquam debet, aliqua ex potentum consuetudine commoda percipere, vt interim variis quæ ab illa imminent periculis obnoxius esse velit. Sic enim intelligendum puto illud prouerbium: nõ vt Erasmus intellexit, & Iouem & fulmen ad rem eandem referens. Libet autem & vsum huius prouerbii ex Synesio afferre, quum ille ex nullo attulerit. Hic igitur in sua oratione de regno, quum de veris regibus siue de iis qui regum nomine verè sunt digni, verba fecisset, subiungit, ὧν τἀναντία τοῖς τυράννοις ὑπάρχει, δι᾽ οὓς ἡ κομψὴ παροιμία, ἀπόρρω Διός τε καὶ κεραυνοῦ. διὰ τοὺς ἐπιβούλως τοῖς συνοῦσι χρωμένους, ἀδεέστερον εἶναι λέγουσα τὴν μετ᾽ ἀπραγμοσύνης ἀσφάλειαν τῆς ἐν ἐπιφανεῖ βίῳ κινδυνίαν. Sed de ista prouerbii huius expositione dictum à rne alibi fuit, nimirum in iis annotationibus quæ inscriptæ fuerunt, Animaduersiones in Erasmicas quorundam adagiorum expositiones. Quod opus, deo fauente, aliquando locupletius & accuratius prodibit. Ideo autem lubenter in huius prouerbii expositione immoratus sum, quoniã eo idem quod præcedentibus ac sequẽtibus versibus consilium bereuiter & elegãter includitur.

Cæterùm ad hos quod attinet, quum eorum nõnulli sint in quibus autor ad Ouidianos allusisse siue Ouidiũ imitatus esse videtur, ab illis initium sumam.

INCERTI AVTORIS.

In plano tua sit semper fortuna: paresque
Noueris. ex alto magna ruina venit.

His enim verbis In plano & Ex alto, quæ opponuntur, alludi existimo ad versus illos Ouidii,

Qui cadit in plano (vix hoc tamen euenit ipsum)
Sic cadit vt tacta surgere possit humo:
At miser Elpenor tecto delapsus ab alto,
Occurrit regi flebilis vmbra suo.

Quinetiam his verbis Paresque noueris, videtur respici ad illa Ouidii, --amicitias & tibi iunge pares.

INCERTI AVTORIS.

Ingentes dominos, & famæ nomina claræ,
Illustrique graues nobilitate domos
Deuita, & longè viuus cole. contrahe vela,
Et te littorib⁹ cymba propinqua vehat.

Hæc quoque ad exemplum quorundam Ouidianorum scripta esse arbitror.

INCERTI AVTORIS.

Viue, & amicitias regum fuge. pauca monebas.
Maximus hic scopulus, nõ tamẽ vn⁹ erat.
Viue, & amicitias nimio splẽdore nitentes
Et quicquid colitur perspicuum fugito.

In sequentibus versibus partim mediocritas seu mediocris fortuna vitæ, partim tranquillitas laudatur.

INCERTI AVTORIS.

Est mihi rus paruum, fœnus sine crimine paruum:
Sed facit hæc nobis vtraq; magna, quies.
Pacem animus nulla trepidus formidine seruans,

Non timet ignauæ crimina deſidiæ.
Caſtra alios operoſa vocẽt, ſellæq; curules,
Et quicquid vana gaudia mente mouet:
Pars ego ſim plebis nullo cõſpect' honore,
Dum viuã dominus temporis ipſe mei.

PETRONII ARBITRI.

Paruula ſecuro tegitur mihi culmine ſedes,
Vuáq; plena mero fœcũda pẽdet ab vlmo.
Dant rami ceraſos, dãt mala rubẽtia ſyluæ:
Palladiúmq; nemus pingui ſe vertice frãgit.
Iam qua deductos potat leuis area fontes,
Coryciũ mihi ſurgit olus, maluæq; ſupinæ,
Et nõ ſollicitos miſſura papauera ſomnos.
Si verò alitibus fraudẽ cõtexere* præterea
Seu magis imbelles libuit cicũdare ceruos,
Aut tereti lino pauidũ ſubducere piſcem:
Hos tantũ nouere dolos mea ſordida rura.
*In ẽ & vitæ fugiẽdis tempora vende
Diuitibus cœnis: me, ſi manet exitus idem,
Hìc precor inueniat, conſumptáque tempora poſcat.

In octauo verſu, pro Præterea (quod mendoſè ſcribi manifeſtum eſt) quidam Opertam reponendum putant: & in principio duodecimi legendum Sinceræ vitæ: ſed aliud quiddam potius reponendum videtur: éſtque ſuſpectum & vocabulũ Fugiendis. Cæterùm vbi olus dicitur Corycium, nõ dubium mihi eſt quin reſpiciatur ad Corycium ſenem Maronis: de quo habuiſti eius verba, ſuprà, pag. 102. Inter illa ſunt & hæc, Hìc rarum tamen in dumis olus.

INCERTI AVTORIS.

Antè rate è Siculo diſcurrẽt æquore piſces,
Et deerit Libycis putris arena vadis:
Antè niues calidis demittẽt fontibꝰ amnes,
AEt Rhodan' nullas in mare ducet aquas:
ntè mari gemino ſemper pulſata Corinthos
Confundet fluctus peruia facta duos:
Antè feri ceruis ſubmittent corda leones:
Sæuáque dediſcet prælia toruus aper:
Medus pila geret, pharetras Romana iuuentus:
Fulgebit nitidis India nigra crocis:
Quàm mihi diſpliceat vitæ fortuna quietæ:
Aut credat dubiis ſe mea puppis aquis

PETRONII ARBITRI.

Non eſt(falleris)hæc beata,non eſt,
Quod vos creditis eſſe,vita non eſt.
Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut teſtudineo iacere lecto,
Aut pluma latus abdidiſſe molli:
Aut auro bibere,& cubare cocco:
Regales dapibus grauare menſas:
Et quicquid Libyco ſecatur aruo,
Non vna poſitum tenere cella.
Sed nullos trepidum timere caſus,
Nec vano populi fauore tangi,
Et ſtricto nihil æſtuare ferro.

Hoc quiſquis poterit,licebit illi
Fortunam moueat loco ſuperbus.


INCERTI AVTORIS.

O littus vita mihi dulcius,ô mare felix,
  Cui licet ad terras ire ſubinde meas.
O formoſa dies.hoc quondã rure ſolebam
  * Iliadas armatas ſollicitare manus.
Hìc fontis lacus eſt: illic ſinus egerit algas.
  Hîc ſtatio eſt, tacitis victa cupidinibus.
Peruixi.neque enim fortuna malignior vnquam
  Eripiet nobis quod prior hora dedit.
Illic alternis depugnat pontus & aer:
  Hîc riuo tenui peruia ridet humus.
Illic diuiſas complorat nauita puppes,
  Hîc paſtor mitis perluit omne pecus.
Illic immanes mors obſita ſoluit hiatus,
  Hîc gaudet curua falce reciſſa Ceres.
Illic inter aquas vrit ſitis arida fauces,
  Hîc dat periuro baſia multa viro.
Nauiget,& fluctus laſſet mendicus Vlyſſes,
  In terris viuet candida Penelope.

INCERTI AVTORIS.

Qui mauult pro parte mori,nec cogere fata
  Mollia præcipiti rumpere fila manu:
Hactenus iratum mare nouerit.ecce,refuſo
  Gurgite ſecuros abluit vnda pedes.

Ecce inter virides iactatur Myrtilus algas
Et rauco trahitur lubrica concha sinu.
Ecce, recurrẽtes qua versat fluctus arenas,
Discolor attrita calculus exit humo.
Hæc quisquis calcare potest, in littore tuto
Ludat: & hoc solum iudicet esse mare,





PHILOSOPHORVM vtriusque linguæ DE VIRTVTE SENtentiæ siue apophthegmata, & alia dicta, qualia sunt quæ χρεῖαι à rhetoribus appellantur.

Ad hunc titulum referenda sunt non solùm ea dicta in quibus ἀρετῆς, sed etiam ea vbi τῆς καλοκαγαθίας fit mentio, aut etiam τοῦ καλοῦ siue τῶν καλῶν. Atque vt καλοκαγαθία de virtute; sic καλοκάγαθος vel καλὸς καὶ ἀγαθὸς de eo qui virtutē colit, dicitur interdum, sicut apud poetas ἐσθλός. Inter quæ locum habet & vocabulum σπουδαῖος, in quo ad προκοπὴν respexisse videntur qui hanc illi significationem primi tribuerunt.

PLATONIS.

Πλάτων τοὺς τῆς ἀρετῆς κλῶνας ἱδρῶτι καὶ πόνοις ἔλεγε φύεσθαι.

Plato ramos virtutis sudore & laboribus prouenire aiebat.

Sic ab eodem philosopho ἡ ἀρετὴ dicitur καλόν τι εἶ), ἀλλ' ἐπίπονον. Legitur & apud Aristot. Ethic. lib. 2, cap 3, περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη γίνεται

καὶ ἀρετή. Ex Pythagora autem affertur, τὰ ἐπίπονα, τῶν ἡδέων μᾶλλον ἡγοῦ συντελεῖν εἰς ἀρετήν. Atque vt Plato virtutis ramos sudore & laboribus prouenire aiebat, sic alius virtutis radicē amarā esse dixit: sed addens, eius contrà fructus esse dulces. Quod dictū à nōnullis Isocrati adscribitur, sed περὶ τῆς παιδείας: his verbis, τῆς παιδείας ἡ ῥίζα, πικρά, γλυκεῖς δὲ οἱ καρποί. Verum in illo Platonis dicto possit videri ad Hesiodeos versus alludi, allatos suprá: quorum initiū est, Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι. Legimus enim in eiusdē Protagora, καὶ ἴσως ἂν φαίη Πρόδικος ὅδε καὶ ἄλλοι πολλοί, καθ' Ἡσίοδον, γενέσθαι μὲν ἀγαθὸν, χαλεπὸν εἶναι. τῆς γὰρ ἀρετῆς ἔμπροσθεν τοὺς θεοὺς ἱδρῶτα θεῖναι· ὅταν δέ τις αὐτῆς εἰς ἄκρον ἵκηται, ῥηιδίην δ' ἔπειτα πέλειν, χαλεπήν περ ἐοῦσαν ἐκτῆσθαι. Respicitur autem hic & ad vetus Pittaci dictum, quod itidem ad hunc locum pertinet, χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι. Cuius & à Simonide facta fuit mentio, sed ipsum reprehendente: vbi scribit, οὐδέ μοι ἐμμελέως τὸ Πιττάκειον νέμεται, καίτοι σοφοῦ παρὰ φωτὸς εἰρημένον. χαλεπὸν φάτ' ἐσθλὸν ἔμμεναι. Apud Xenophontem quoque in Apomn. illi Hesiodi versus cōmemorātur, & hoc Epicharmi dicto, tanquam locupleti testimonio, comprobantur, Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθὰ θεοί. Quinetiam prouerbium istud tritissimum, χαλεπὰ τὰ καλά, de virtute dictum primò fuisse quidam tradiderunt. Solonem enim, quum illud Pittaci dictum audisset, χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, Pittaci desperabundam quandam molliciem reprehendentem siue taxantem, dixisse, χαλεπὰ τὰ καλά. Denique & Musonii dictum extat (quod Gellius ἐνθυμημάτιον esse dicit) omnino ad hunc locum faciens, ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει· ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει. Postea istam ipsam sententiam (in-

quit idem Gellius, siue Agellius) in Catonis oratione positã legimus: quæ etsi laxioribus paulo longioribúsque verbis comprehensa est, præquam illud Græcum quod diximus: quoniam tamen prior tempore antiquiórque est, venerabilior videri debet. Verba in oratione hæc sunt, Cogitate cum animis vestris: siquid vos per laborem rectè feceritis, labor ille à vobis citò recedet, benefactum à vobis, dum viuetis, non abscedet: sed siqua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas citò abibit, nequiter factũ illud apud vos semper manebit. Cõuenit autem hæc sentẽtia cum illa potissimùm quæ virtutis radicem amaram, fructum esse dulcem ait.

ISOCRATIS.

Τῆς ἀρετῆς οὐδὲν κτῆμα σεμνότερον οὐδὲ βεβαιότερόν ἐστι.

Nulla possessio virtute augustior est ac stabilior.

Apud Aristotelem autem legimus, Ethic. lib. 1, capite 10, περὶ οὐδὲν γὰρ οὕτως ὑπάρχει τῶν ἀνθρωπίνων βεβαιότης ὡς περὶ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ᾽ ἀρετήν. μονιμώτεραι γὰρ καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὗται δοκοῦσιν εἶναι. Atque vt κτῆμα βέβαιον appellat Isocrates, sic etiã Sophocles κτῆσιν βεβαίαν: vt videre est inter versus suprà allatos: vbi & alia sunt eodem pertinẽtia. Theognis quoque ἔμπεδον esse virtutẽ testatur: quod adiectiuum idem declarat. Quinetiam ἀθάνατος esse perhibetur. vt legimus dixisse Periandrum, αἱ μὲν ἡδοναὶ, θνηταί· αἱ δὲ ἀρεταὶ, ἀθάνατοι. Cæterùm Isocrates non contentus hoc de virtute pronuntiasse, comparatione cum aliis quæ vulgo bona creduntur, confirmat: subiungens, κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε. πλοῦτος δὲ, κακίας μᾶλλον ἢ καλοκα-

γαθίας ὑπηρέτης ἐστὶν, ἐξουσίαν μὲν τῇ ῥαθυμίᾳ παρασκευάζων, ἐπὶ δὲ τὰς ἡδονὰς τοὺς νέους παρακαλῶν. ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε· καὶ τὰ μὲν σώματα τῶν ἀσκούντων ἐκόσμησε, τῆς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείας ἐπεσκότησεν. Et reuertens ad virtutem, addit, ἡ δὲ τῆς ἀρετῆς κτῆσις, οἷς ἂν ἀκιβδήλως ταῖς διανοίαις συναυξηθῇ, μόνη μὲν συγγηράσκει, πλούτου δὲ κρείττων, χρησιμωτέρα δὲ εὐγενείας ἐστί. &c. Plutarchus autem in libello quem περὶ παίδων ἀγωγῆς inscripsit, eandem externorum seu fortunæ bonorum comparationem affert, non cum virtute, sed cum doctrina: verùm eā dicens πρὸς ἀρετὴν καὶ εὐδαιμονίαν ἄγειν. Scribit enim, καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀγαθῶν, ἀνθρώπινα καὶ μικρὰ καὶ οὐκ ἀξιοσπούδαστα καθέστηκεν. εὐγένεια, καλὸν μὲν, ἀλλὰ προγόνων ἀγαθόν· πλοῦτος δὲ, τίμιον μὲν, ἀλλὰ τύχης κτῆμα· ἐπειδὴ τῶν μὲν ἐχόντων πολλάκις ἀφείλετο, &c. Paucis interiectis, δόξα γὰρ μὲν, σεμνὸν, ἀλλ' ἀβέβαιον· κάλλος δὲ, περιμάχητον μὲν, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον· ὑγίεια δὲ, τίμιον, ἀλλ' εὐμετάστατον· ἰσχὺς δὲ, ζηλωτὸν μὲν, ἀλλὰ νόσῳ εὐάλωτον καὶ γήρᾳ. Paulo pòst, παιδεία δὲ, τῶν ἐν ἡμῖν μόνον ἐστὶν ἀθάνατον καὶ θεῖον.

STILPONIS.

Στίλπων ὁ Μεγαρεὺς, ὅτε Δημήτριος ἐξανδραποδισάμενος τὴν πόλιν εἰς ἔδαφος κατέβαλε, ἤρετο αὐτὸν μή τι ἀπολωλεκὼς εἴη, Οὐ δῆτα, εἶπε. πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν.

Stilpo Megarensis, quum Demetrius ipsam vrbem solo æquauit, incolis in seruitutem abductis, eum interrogasset num quid amisisset, Nihil amisi (inquit) neque enim bellum virtutem deprædatur.

Apud Senecã respondet hic Stilpo, Nihil perdidi· omnia nanq; mea mecum sunt. Vide & Diog. Laer. Tale autẽ fuit dictum Biantis, quũ se omnia sua secũ portare dixit. Cicero Parad. 2, Necnon sæpe laudabo sapientem illum Biantem (vt opinor) qui numeratur in septem: cuius quum patriam Prienam cepisset hostis, cæteríque ita fugerent vt multa de suis rebus asportarent: quum esset admonitus à quodam vt idem ipse faceret, Ego verò (inquit) facio. nam omnia mea mecum porto. Ille hæc ludibria fortunæ ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona. Rectè igitur virtus dicitur esse κτῆμα ἀναφαίρετον. Conueniunt autem hæc Biantis & Stilponis dicta cum ea sententia quæ paulo antè præcedit, simúlque suis eam exemplis confirmant: qua nimirum dictum fuit ἀρετὴν esse κτῆμα βεβαιότατον.

PLATONIS.

Ἅπας ὁ ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸς οὐκ ἀντάξιος ἀρετῆς.

Quicquid auri super terram & sub terra est, non dignũ est quod virtuti æquiparetur. Rectè ergo dicitur ab Euripide, Οὐκ ἔστιν ἀρετῆς κτῆμα τιμιώτερον. Cæterùm illa Platonis verba leguntur alicubi apud Plutarchũ, neque sub Platonis neq; alîus cuiusquam nomine. Esse tamẽ Platonis, nõ sua, fatetur & ipse in commentario quem inscripsit πῶς ἄν τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο. Extãt autem apud ipsum Platonem circa initium quinti lib. De legibus: sed ἐπὶ γῆς & ὑπὸ γῆς vulgatæ editiones habent.

STOICORVM.

Αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν.

Seipsa contenta est virtus ad beatè viuen-

dum. Vel, *Ad beatè viuēdum satis potest virtus.* Vel, *Ad beatè viuendum satis est præsidij in virtute.*

His modis Cic. illam Stoicorū sententiā effert Tuscul. v. sed prima interpretatio (qua & alibi vtitur) magis exprimere propriam vocis αὐτάρκης significationem videtur. Non tātùm autem dixerunt multi philosophi beatos esse qui virtute præditi essent, sed solos beatos. Vnde Socrates in Platonico Gorgia, Polo dicēti, δῆλον δὴ ὦ Σώκρατες ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γνώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα, respondet, καὶ ἀληθῆ γε ἐρῶ. οὐ γὰρ οἶδα παιδείας ὅπως ἔχει καὶ δικαιοσύνης. Et subiicienti Polo, τί δέ; ἐν τούτῳ πᾶσα ἡ εὐδαιμονία ἐστίν; respondet iterum, ὥς γε ἐγὼ λέγω, ὦ Πῶλε. τὸν μὲν γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα, εὐδαίμονα εἶναι φημί· τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρὸν, ἄθλιον. Præcedunt hæc, ΠΩ. Ἀρχέλαον δήπου τοῦτον τὸν Περδίκκου, ὁρᾷς ἄρχοντα Μακεδονίας; ΣΩ. Εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἀκούω γε. ΠΩ. Εὐδαίμων οὖν σοι δοκεῖ εἶναι ἢ ἄθλιος; ΣΩ. Οὐκ οἶδα ὦ Πῶλε. οὐ γάρ πω συγγέγονα τῷ ἀνδρί. ΠΩ. Τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις ὅτι εὐδαιμονεῖ; ΣΩ. Μὰ Δί' οὐ δῆτα. Hunc autem locum magna ex parte est interpretatus Cicero, Tuscul. 5, scribens, Quum esset ex Socrate quæsitum, Archelaum Perdiccæ filiū, qui tum fortunatissimus habebatur, nónne beatum putaret, Haud scio, inquit: nunquam enim cum eo loquutus sum. Ain tu? an aliter id scire non potes? Non vllo modo. Tu igitur ne de Persarum quidem rege magno potes dicere beatúsne sit. An ego possem, quum ignorem quàm sit doctus, quàm vir bonus? Quid? tu in eo sitam vitam beatam putas? Ita prorsus existimo, bonos, beatos: improbos, miseros. Miser ergo Archelaus? Certè, si iniustus. Hæc Ci-

cero. Obseruãdum est autem hìc nomen speciei pro generis nomine vsurpari, videlicet δικαιοσύνης pro ἀρετῆς. Vnde & Plutarchus in libello περὶ παίδων ἀγωγῆς, loci huius mentionem faciens, scribit de Socrate, ἐρωτήσαντος αὐτὸν Γοργίου ἣν ἔχει περὶ τοῦ μεγάλου βασιλέως ὑπόληψιν, καὶ εἰ νομίζει τοῦτον εὐδαίμονα εἶναι, Οὐκ οἶδα (ἔφησε) πῶς ἀρετῆς καὶ παιδείας ἔχει. ὡς τῆς εὐδαιμονίας ἐν τούτοις, οὐκ ἐν τοῖς τυχηροῖς ἀγαθοῖς, κειμένης. Cicero itidem in illa sua interpretatione virum bonum dicit, id est virtute præditum. Potest verò hoc referri ad illum versum cuius Aristoteles meminit, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι. qui versus apud Theognin extat, tanquam eius sit: quum tamen Aristot. prouerbialem esse dicat.

SOCRATIS.

Τοῦ βίου, καθάπερ ἀγάλματος, πάντα τὰ μέρη καλὰ εἶναι δεῖ.

Vitæ, quemadmodum imaginis, partes omnes pulchras esse oportet.

Eiusdem.

Ἀνδριὰς μὲν ἐπὶ βάσεως, σπουδαῖος δ' ἀνὴρ ἐπὶ καλῆς προαιρέσεως ἑστὼς, ἀμετακίνητος ὀφείλει εἶναι.

Statua quidem in sua basi, is autem qui virtutis studiosus est, in honesto proposito stans, immotus esse debet.

Propositum hìc dico vt ab Horatio dicitur Propositi tenax: vbi iustum & tenacẽ propositi coniungit.

Eiusdem.

Οὔτε ἵππος εὐγενὴς κρίνοιτ' ἂν ὁ πολυτελῆ

σκευὴν ἔχων, ἀλλ' ὁ τῇ φύσει λαμπρός· οὔτε ἀνὴρ σπουδαῖος, ὁ πολύτιμον οὐσίαν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος.

Neque equũ generosum esse quisquam indicauerit eum qui sumptuosè sit ornatus, sed eũ qui naturæ alacritate excellat: neque virtutis est cultor qui pretiosas facultates possidet, sed is cuius animo generositas quædam inest.

PYTHAGORAE.

Ἰσχύειν τῇ ψυχῇ αἱροῦ μᾶλλον ἢ τῷ σώματι.

Valere malis anima quàm corpore.

Cum illis Pythagoreis (si quidem Pythagoræ sunt) conueniunt ista Democriti, Ἀνθρώποις ἁρμόδιον ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος ποιέεσθαι λόγον. ψυχὴ μὲν γὰρ τελεωτάτη σκήνεος μοχθηρίαν ὀρθοῖ· σκήνεος δὲ ἰσχὺς ἄνευ λογισμοῦ ψυχὴν οὐδέν τι ἀμείνω τίθησι. Huc pertinet & senarius ille incerti autoris, Βέλτιόν ἐστι σῶμά γ' ἢ ψυχὴν νοσεῖν. Est tamen ita comparata hominum natura vt quæ lædunt oculos festinent demere (vtendo verbis Horatianis) at siquid sit quod animum edat, differant curandi tempus in annum. Qua de re conqueritur Diogenes apud Dionẽ Chrysostomum, in oratione cui titulus est Διογένης, ἢ περὶ ἀρετῆς. de illo enim scribit, καὶ ἔλεγε θαυμάζειν ὅτι εἰ μὲν ἔφη ὀδόντας ἰᾶσθαι, πάντες ἂν αὐτῷ προσήεσαν οἱ δεόμενοι ὀδόντα ἐξελέσθαι· καὶ νὴ Δία εἰ ὑπέσχετο ὀφθαλμοὺς θεραπεύειν, πάντες ἄνθρωποι ὀφθαλμοὺς αὐτῷ ἐπεδείκνυον· ὁμοίως δὲ εἰ σπληνὸς ἢ ποδάγρας, ἢ κορύζης εἰδέναι φάρμακον· ἐπεὶ δὲ ἔφη παύσειν τοὺς πεισομένους αὐτῷ, ἀγνοίας καὶ πονηρείας καὶ ἀκολασίας, οὐδεὶς

αὐτῷ περιστῆχεν, οὐδὲ ἐκέλευεν ἰᾶσθαι αὐτὸν, οὐδὲ εἰ πολὺ περιλήψεσθαι ἀργύριον ἔμελλεν. Id est, Dicebátque se mirari quòd, si quidem mederi se dẽtibus dixisset, omnes ad ipsum venissent, vt dentem eximeret rogantes: eodémque modo si se oculos sanaturũ pollicitus fuisset, omnes homines oculos ei ostendissent: similiter si splenis, aut podagræ aut pituitæ remedium sibi cognitum esse dixisset: at verò quum omnes quos dicto audientes haberet, ignorantia, improbitate & intemperantia liberaturum se dixisset, nemo animum ad ea quæ loquebatur attenderet, neque se ab ipso sanari peteret: ne si pecuniæ quidem magnam vim vltra sanationis beneficium accepturus esset. Quibus addit, ὡς ἧττον ὑπὸ τούτων ἢ ὑπὸ ἐκείνων ἐνοχλούμενος, ἢ χαλεπώτερον ὂν ἀνθρώπῳ σπλῆνος αἰσχύνεσθαι οἰδοῦντος &c.

Eiusdem.

Τέκνα μάθε τίκτειν οὐ τὰ γηροβοσκήσοντα τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν θρέψοντα τῇ ἀϊδίῳ τροφῇ.

Liberos disce procreare non qui corpus, vbi ad senectutem peruenerit, alant, sed qui animum cibo perenni nutriant.

Eiusdem.

Πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.

Persuasum tibi sit, te non esse possessorem eius rei quam non intra mentem habes.

Eiusdem.

Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδὲ ὑπονοοῦ ποιεῖν.

Quæ facienda nō sunt, eorum ne suspectus quidem sis.

EPICTETI.

Εἰ βούλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον ὅτι κακός εἶ.

Si bonus euadere cupis, prius te malum esse credito.

Eiusdem.

Κόλαζε τὰ πάθη, ἵνα μὴ ὑπ' αὐτῶν τιμωρῇ.

Coerce perturbationes animi, ne ipsis des pœnas.

Cum hoc præcepto conuenit illud dictum, Ψυχῆς παῦ πάθος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον.

PYTHAGORAE.

Πυθαγόρας ἔφη ὅτι χρὴ βίον αἱρεῖσθαι τὸν ἄριστον. ἡδὺν γὰρ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. πλοῦτος, ἀσθενὴς ἄγκυρα· δόξα ἔτι ἀσθενεστέρα. τὸ σῶμα ὁμοίως. αἱ ἀρχαὶ, αἱ τιμαὶ, πάντα ταῦτα, ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. τίνες οὖν ἄγκυραι δυναταί; φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία. ταύτας οὐδεὶς χειμὼν σαλεύει. οὗτος θεοῦ νόμος, ἀρετὴν εἶναι τὸ ἰσχυρὸν μόνον, τὰ δ' ἄλλα, λῆρον.

Pythagoras dixit, Vitæ eligendum est genus optimum. iucundam enim assuetudo efficiet. Diuitiæ ancora sunt inualida: gloria, magis etiā inualida. Corpus itidē, magistratus, ho-

nores, hæc omnia imbecilla & inualida. Quæ igitur ancoræ validæ? Prudentia, magnanimitas, fortitudo. has nulla tempestas concutit. Hæc est Dei lex, virtutem robur habere, cætera esse nugas.

Prior sententia seorsum à sequentibus afferri solet: quæ fortasse malè hìc illi adiunguntur. Ex iis qui illam afferunt est Basilius in oratiuncula ad iuuenes, ὅπως ἂν ἐξ Ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων, in fine, ἀλλ' ἀναμνησθέντας τοῦ παραινέσαντος, ὅτι δέοι βίον μὲν ἄριστον αὐτῶν (vel potius αὐτὸν) ἕκαστον προαιρεῖσθαι, ἡδὺν δὲ προσδοκᾶν τῇ συνηθείᾳ γενήσεσθαι, ἐγχειρεῖν τοῖς βελτίστοις.

Eiusdem.

Δεῖ ὥσπερ ἀνομουμένης τῆς πόλεως φυγαδεύειν στασιαστὴν ἄνθρωπον, οὕτως ἐκ τῆς σωθησομένης ψυχῆς τὸν πρὸς τὰ φαῦλα κεκλικότα νοῦν.

Quemadmodum ex ciuitate quæ bonis legibus regitur, seditiosum hominem, ita ex animo mentem ad vitia inclinatam expellere oportet, si saluus futurus sit.

Eodem hìc modo σωθησομένη ψυχὴ dicitur quo σωτηρία ψυχῆς in hac sententia quæ Pythagoræ adscribitur, ψυχῆς πᾶν πάθος εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον.

BIANTIS.

Βίας πρὸς ἔφη πρὸς Αἰγυπτίους ἀπαίροντι, καὶ πυνθανομένῳ τί ἂν ποιῶν, αὐτῷ μάλιστα κεχα-

εἰς μὲν αἰγύπτον πορευόμενον ... ἐφόδιον (ἔφη) πρὸς γῆρας κτησάμενος. Τὴν ἀρετὴν δὴ τὸ ἐφόδιον λέγων.

Bias filio in AEgyptum proficiscenti, & roganti quo facto maximè ei gratificari posset, Si viaticum (respondit) ad senectutem comparaueris. Virtutē nimirum appellans viaticū.

ARISTIDIS.

Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος φιλόσοφος παρεκελεύετο τοῖς νέοις τοιαῦτα ἐφόδια κτᾶσθαι ἃ ἵνα αὐτοῖς συνναναχήσωσι συγκολυμβήσῃ.

Aristippus Cyrenensis philosophus hortabatur adolescentes vt viatica huiusmodi compararēt quæ vnà cum ipsis, si naufragi essent, enatarent.

Sic in proximè præcedente Biantis dicto virtutem ἐφόδιον appellari videmus, & quidem ἐφόδιον πρὸς γῆρας.

MVSONII.

Τῶν μὲν Κροίσου καὶ Κύρου θησαυρῶν πενίαν ἐσχάτην καταψηφιούμεθα· ἕνα δὲ καὶ μόνον πεισθησόμεθα εἶναι πλούσιον καὶ σοφὸν, τὸν δυνάμενον κτήσασθαι τὸ ἀνενδεὲς πανταχοῦ.

Crœsi quidem & Cyri thesauros extremæ paupertatis damnabimus, vnum verò & solum credemus esse diuitem ac sapientem, eum qui vbique id comparare potest, quod quum habet nullius rei est indigus.

PHAVORINI.

Ἀρετὴν οὖν τοῖς πᾶσι μᾶλλον εὐκταῖον, ἢ πλοῦτον ἀνοήτοις σφαλερόν. ὑπὸ γὰρ χρημάτων αὔξεται κακία· καὶ ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει, τὸ λυσσῶδες αὐτοῦ τῶν ἡδονῶν ἐκπληροῦν ἔχων.

Virtus igitur omnibus optanda est potius quàm opulentia, quæ mente carentibus est periculosa. Siquidem pecuniæ vitia augent: & quo quis amentior fuerit, eo magis est iniuriosus, vtpote qui habeat vnde voluptatum suarum rabiem explere possit.

Cum ὅσῳ vel addendum μᾶλλον, vel subaudiendum.

ANTISTHENIS.

Οὔτε συμπόσιον χωρὶς ὁμιλίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς ἡδονὴν ἔχει.

Neque conuiuium sine sodalium cœtu, neque diuitiæ absque virtute voluptatẽ afferũt.

PLATONIS.

Πᾶν πλῆθος καὶ πᾶς πλοῦτος ἀρετῇ ὑπείκει.

Omnis rerum copia omnésque opes virtuti cedunt.

Contrà vulgus omnia diuitiis parere dicit: de cuius sententia canit Horat. -omnis enim res, Virtus, fama, dec⁹, diuina humanáq; pulchris Diuitiis parẽt. Verùm Platonẽ hîc ἀρετὴν non de genere dixisse, sed de specie, videlicet fortitudine, ostendã infrà.

ISOCRATIS.

Βέλου τὰς εἰκόνας, τῆς ἀρετῆς ὑπόμνημα

μᾶλλον ἢ τοῦ σώματος καταλιπεῖν.

Velis imagines mnemosynum virtutis magis quàm corporis relinquere.

Eiusdem.

Φυλακὴν ἀσφαλεστάτην ἡγοῦ τοῦ σώματος εἶναι τήν τε τῶν φίλων ἀρετὴν καὶ τὴν τῶν πολιτῶν εὔνοιαν, καὶ τὴν σαυτοῦ φρόνησιν.

Custodiam tutissimam corporis esse existima virtutem amicorum, & ciuium beneuolentiam, tuámque prudentiam.

DEMONACTIS.

Τοσοῦτον εἰς ἀρετὴν προσθήσεις ὅσον ἂν ὑφέλῃς τῶν ἡδονῶν.

Tantum ad virtutem addes quantum de voluptatibus detraxeris.

DIOGENIS.

Διογένης ἔλεγε τοὺς ἀνθρώπους τὰ μὲν πρὸς τὸ ζῆν πορίζεσθαι, τὰ δὲ πρὸς τὸ εὖ ζῆν οὐ πορίζεσθαι.

Diogenes dicebat homines ea quidē cōparare quibus opus ad viuendū esset: at ea quibus esset opus ad bene viuendū, nequaquam.

PLVTARCHI.

Τῇ ἀρετῇ μία λαβὴ τὰ ὦτα τῶν νέων ἐστίν· ἂν ᾖ καθαρὰ καὶ ἄθρυπτα κολακείᾳ, καὶ λόγοις ἄθικτα φαύλοις ἀπ᾽ ἀρχῆς φυλάττηται.

Aures puerorum vnica sunt virtuti ansa, [qua eos prehendere queat] si quidem puræ sint, & assentationis deliciis imperuiæ: atque à prauis sermonibus intactæ iam inde ab initio seruentur.

Locus hic Plutarchi legitur in commentario περὶ τοῦ ἀκούειν, non procul ab initio. præcedunt autem hæc, τῇ μὲν γὰρ κακίᾳ πολλὰ χωρία καὶ μέρη τοῦ σώματος παρέχει, δι' ὧν ἐνδῦσαν ἅψεται τῆς ψυχῆς. His autem opponũtur illa, τῇ δὲ ἀρετῇ μία λαβὴ &c. Cui dicto simile videtur esse aliud eiusdem in comm. πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, vbi scribit, οὐδὲν οὕτως φιλάνθρωπον οὐδὲ συγγενὲς ἐχούσης τῆς ἀρετῆς ὄργανον ὡς τὸν λόγον.

IAMBLICHI.

Καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὁρμητέον, ὅπως εἰς μηδεμίαν αἰσχυνὴ τύχης ὑβρεῖν ὦμεν ἔκδοτοι.

Ad virtutem contendendum, tanquam ad delubrum quod pro asylo esse possit: vt nulli ignominiosæ fortunæ iniuriæ simus expositi.

DE VIRTVTE SENtentiæ seu dicta Ciceronis, ea præsertim quæ ad eius laudem pertinent.

Parad.6.

Nulla possessio, nulla vis auri & argenti pluris quàm virtus æstimanda est.

De nat.d.lib.1.

Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. *Item in Lælio*, Nihil est amabilius virtute, nihil quod magis alliciat homines ad diligendum: quippe quum propter virtutem & probitatem eos etiam quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus. Cuius ea vis est vt eam (quod maius est) in hoste etiam diligamus. *Item orat. in Pisonem*, Habet hoc virtus, vt viros fortes species eius & pulchritudo etiam in hoste posita delectet. *Idem in Lælio*, Cōciliatrix amicitiæ est virtutis opinio. *Ibidem*, Virtus conciliat amicitias atque conseruat. *Et De off.lib.2.* Est proprium virtutis conciliare sibi animos hominum & ad vsus suos adiungere.

De fin.lib. 5.

Virtutis vis tanta vt omnia si ex altera parte ponantur, ne appareant quidē. *Paulo post*, Virtus ita magnam vim obtinet in

rebus humanis vt reliquas obruat.

Tuscul. quæst. 5.

Virtus semper est libera, semper erecta.

In Lælio.

Virtute inferiores sunt humani casus. *Item Tusc. 5,* Virtus omnia quæ cadere in hominem possunt, subter se habet: eáque despiciens, casus contemnit humanos: culpáque omni carens, præter seipsam nihil censet ad se pertinere.

De fin. lib. 2.

Virtutes rerum omnium dominas vult esse ratio.

Parad. 6.

Virtus nec eripi nec surripi potest vnquam: nec naufragio, nec incendio amittitur: nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur. qua qui præditi sunt, soli sunt diuites. *Item Tusc. 2,* Amitti virtus non potest. *Item Philipp. 4,* Virtus est altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.

De finibus lib. 4.

Virtus in homine altissimum locum & aximè excellentem tenet.

De leg. lib. 1.

Virtus eadem in homine ac deo est, neque vllo alio ingenio præterea.

In Lucullo.

Virtus hominem iungit deo.

De leg.lib.1.

Non eſt quiſquam gentis vllius, qui ducem naturam nactus ad virtutem peruenire non poſſit.

De offic.lib.1.

Virtutis laus omnis in actione conſiſtit. *Item Tuſcul.q.lib.4*, Ex virtute proficiſcuntur honeſtæ voluntates, ſentẽtiæ, actiones, omníſque recta ratio. Quanquã ipſa virtus breuiſſimè recta ratio dici poteſt.

Parad.6.

Iuſtitia nihil expetit præmij, nihil pretij. per ſe igitur expetitur. Eadémque omnium virtutum cauſa atque ſententia eſt. atque etiam ſi emolumentis nõ ſuapte natura virtus expetitur, vna erit virtus, quæ malitia rectiſſimè dicetur. Vt enim quiſque maximè ad ſuum commodum refert quæcunq; agit, ita minimè eſt vir bonus: vt qui virtutem pretio metiuntur, nullam virtutem niſi malitiam putent. *Item in Lucullo*, Virtutum nulla eſſe poteſt niſi erit gratuita. nam quæ voluptate, quaſi mercede aliqua, ad officium impellitur, ea non eſt virtus, ſed fallax imitãtio ſimulatióque virtutis. *De leg. lib. 1*, Si non ipſo honeſto mouemur, vt viri boni ſimus, ſed vtilitate aliqua & fru-

ctu, callidi sumus non boni.

De rep. lib. 3.

Vult planè virtus honorem: nec est virtutis vlla alia merces: quam tamen illa accipit facilè, exigit non acerbé. *Item Tusc. 1,* Virtutem gloria tanquam vmbra sequitur. *Item, De orat. lib. 2,* Virtus est per se ipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest. *Et Tusc. 1,* Nihil quicquam sine virtute laudabile. *De orat. lib. 3,* Vera laus veræ virtuti debetur. *Item De nat. d. lib. 3,* Propter virtutem iure laudamur, & in virtute rectè gloriamur. *Item De fin. lib. 4,* Digna est virtus gloriatione.

Tusculquæst. lib. 5. Item De fin. lib. 5, & De diuin. lib. 2.

Virtus ad beatè viuendum seipsa contẽta est. *Item Tusc. lib. 3,* Prudentiæ verò quid respondebis, dicenti virtutem se esse contentam, quo modo ad bene viuendum, sic & ad beaté. *Sed legitur etiam,* virtute se esse contentam. *Rursum Tusc. 5,* Virtute, (quæ bonum est mentis) beatã vitam contineri necesse est. *Eodem libro,* Atqui si in virtute satis est præsidij ad bene viuẽdum, satis est etiam ad beaté: satis est enim certè in virtute vt fortiter viuamus. si fortiter, etiam vt magno animo: & quidem vt nulla re vnquam terreamur, sempérq; simus in-

uicti. Sequitur vt nihil pœniteat, nihil desit, nihil obstet. *Item De nat. d. lib. 2*, Ex virtutibus vita beata existit, par & similis deorum: nulla re, nisi immortalitate (quæ nihil ad bene viuendum pertinet) cedens cælestibus. *Et lib. 1*, Beatus esse sine virtute nemo potest. *Tusc. q. lib. 5*, Virtutes sine beata vita cohærere non possunt, nec illa sine virtutibus. *Item orat. in Pisonem*, Virtutis tanta est vis vt non possit vnquã esse vir bonus non beatus.

De off. lib. 2.

Qui vnam virtutẽ habet, omnes habet. *Item Tusc. quæst. lib. 2*, Si vnam virtutẽ confessus fueris te non habere, nullam es habiturus. *Eodem libro*, Virtutẽ vnam qui cõfessus fuerit se non habere, nullam est habiturus. *Et libro 3*, Virtutes omnes inter se nexæ & coniugatæ sunt. *Item De fin. lib. 5*, Virtutes ita copulatæ connexæque sunt vt omnes omnium participes sint, nec alia ab alia possit separari. *Acad. quæst. edit. 2, lib. 1*, Virtutes seiungi non possunt. *At De off. lib. 1*, Virtutes quatuor quanquam inter se colligatæ atque implicatæ sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur.

DE VIRTVTE SENtentiæ ſeu dicta Senecæ, ea præſertim quæ ad eius laudem pertinent.

Ex lib.1, De ira.

Sola ſublimis & excelſa virtus eſt.

Ex epiſt.27.

Sola virtus præſtat gaudium perpetuum, ſecurum. etiam ſiquid obſtat, nubium modo interuenit, quæ infrà feruntur, nec vnquam diem vincunt.

Ex epiſt.67.

Nullo honeſtaměto eget virtus: ipſa magnum ſui decus eſt. *Item epiſt.114*, Qui virtutem ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed gloriæ.

Ex epiſt.68.

Nihil eſt virtute præſtantius, nihil pulchrius. Et bonum eſt & optabile quicquid ex huius geritur imperio.

Ex eadem epiſt.

Quicquid honeſtè fit, vna virtus facit, ſed ex conſilii ſententia. Quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur, etiamſi ab vna fieri videtur; optabile eſt.

Ex epiſt.77.

Virtus, honeſtum & vnicũ hominis bonum. nam quum ſola ratio perficiat homi-

nem,ſola ratio perfecta beatum facit. Hoc autem vnum hominis bonum eſt quo vno beatus efficitur.

Ex epiſt. 31.

Bona ſunt,quib' admixta eſt virtus: turpia,quibus malitia coniuncta eſt.

Ex epiſt. 51.

Omnes præoccupati ſumus,virtutes diſcere, vitia dediſcere: ſed eo maiore animo ad emendationem noſtri debemus accedere,quo ſemel traditi boni perpetua poſſeſſio eſt. Non dediſcitur virtus.

Ex epiſt. 124.

Nemo eſt caſu bonus: diſcẽda virtus eſt. *Item epiſt. 91,* Non dat natura virtutem: ars eſt bonum fieri. Illi quidem non aurum nec argentum nec perlucidos lapides ima terrarum fæce quærebant: parcebántque adhuc etiam mutis animalibus. *Paucis interiectis,* Multũ autem intereſt vtrum peccare aliquis nolit, aut neſciat. Deerat illis iuſtitia, deerat prudentia, deerat temperãtia ac fortitudo. Omnibus his virtutibus habebat ſimilia quædam rudis vita. Virtus non contingit animo niſi inſtituto & edocto, & ad ſummum aſſidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem ſed ſine hoc naſcimur: & in optimis quoque, antequã erudias, virtutis materia,non virtus eſt.

Ex epist. 29.

Secundum naturam est virtus: vitia inimica & infesta sunt. *Epist. 67*, Virtutes omnes naturæ assentiuntur. *Epist. 123*, Omnia vitia contra naturam pugnant.

Ex epist. 95.

Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur, non aliter quàm scintilla flatu leni adiuta ignem suum explicat. Erigitur virtus quũ tacta est & impulsa. *Item epist. 13*, Multum enim adiicit sibi virtus lacessita. *Item in lib. De gubernatione mundi, diuináque prouidentia, cap. 1*, Marcet sine aduersario virtus: tunc apparet quanta sit, quãtúmque valeat polleátque, quum quid possit patiẽtia ostendit. *Ibidem in cap. de prosperitate*, Auida est periculi virtus: & quò tendat, nõ quid passura sit cogitat. *Sed hi loci sunt potius virtutis laudi peculiares, quum pro fortitudine ponitur.*



ΠΕΡΙ' ΦΡΟΝΗ'ΣΕΩΣ.

DE PRVDENTIA.

Ad hoc caput pertinere existimanda sunt nõ solùm dicta quæ φρονήσεως mentionem faciunt, vel σοφίας (nam interdum hanc καταχρηστικῶς vsurpari ἀντὶ φρονήσεως docui) siue τοῦ σοφοῦ: sed ea etiam in quibus τῶν συνέσεως, vel τοῦ νοῦ, siue τοῦ νοῦν ἔχοντος, aut ἀγαθῶν φρενῶν, aut λογισμοῦ, vel aliorum huiusmodi mentionem fieri videmus.

SOCRATIS.

Ἐν τῷ βίῳ, καθάπερ ἐν δράματι, χρὴ τὰ πρῶτα λέγειν οὐ τὸν πλουσιώτατον, ἀλλὰ τὸν φρονιμώτατον.

In vita, tãquam in fabula quæ agitur, primas dicendi partes obtinere non ditissimum sed prudentissimum quemque oportet.

SOLONIS.

Νοῦν ἡγεμόνα ποιοῦ.

Mentem tibi ducem constituito.

PERIANDRI.

Περίανδρος ἐρωτηθεὶς τί μέγιστον ἐν ἐλαχίστῳ, εἶπε, Φρένες ἀγαθαὶ ἐν σώματι ἀνθρώπου.

Periander interrogatus quid maximum in minimo esset, respondit, Bona mens in humano corpore.

DEMOSTHENIS.

Ἔστι γὰρ ἔστιν ἁπάσης ἀρετῆς ἀρχὴ μὲν, σύνεσις, πέρας δὲ ἀνδρεία. καὶ τῇ μὲν δοκιμάζεται ὃ πρακτέον ἐστὶ, τῇ δὲ σώζεται.

Est enim omnis virtutis principium quidem prudentia, finis autem fortitudo: & illa quidem exploratur quid facto sit opus, hac autem conseruatur.

Legitur hæc sententia sub Demosthenis nomine ἐν τῷ ἐπιταφίῳ λόγῳ: sed hæc oratio, eius esse non existimatur.

CRITONIS.

Ὁ φρόνιμος, ὥσπερ εἰς ὁδὸν, τὸν βίον, οὐ τὰ πολλοῦ ἄξια συντίθησιν ἐφόδια, ἀλλὰ τὰ ἀναγκαιότερα.

Vir prudens, sicut ad viam, ita etiam ad vitam, non quod pretiosum est uiaticum, sed quod potissimum necessarium, comparat.

Suprà autem ipsa virtus (non vna eius species) appellatur ἐφόδιον à Biante & Aristippo. Verùm & τόλμα appellatur ἐφόδιον, vel potius ἐφόδιον βίου, à Menandro, hoc in versu, Οὐκ ἔστι τόλμης ἐφόδιον μεῖζον βίου.

ISOCRATIS.

Ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως, ὠφέλησεν,

αἴδῳ δὲ ταύτης, πλεῖον τοὺς ἔχοντας ἔβλαψεν.

Robur prudentiæ quidem iunctum, iuuare: absque hac autē magis nocere solet iis qui ipso præditi sunt.

S O C R A T I S.

Οὔτε ἵππῳ χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλούτῳ χωρὶς λογισμοῦ δυνατὸν ἀσφαλῶς χρήσασθαι.

Neque equo sine fræno, neque diuitiis sine prudentia tutò vti possumus.

P Y T H A G O R A E.

Οὔτε ἵππον χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλοῦτον δίχα φρονήσεως δυνατὸν κρατεῖσθαι.

Nec equus sine fræno, nec diuitiæ sine prudentia coerceri possunt.

Eadem omnino sententia, sed diuersis verbis (vt hîc videre est) expressa, & diuersis philosophis adscripta apud Stobæū legitur: & sub nomine quidem Socratis, capite περὶ φρονήσεως: sub Pythagoræ autem nomine, capite cui titulum fecit, ὅτι τὰ χρήματα ἀβλαβῆ, συμμέτρως καὶ δικαίως πορισθέντα. Pulchrè autem cum his sententiis conuenit ille incerti autoris senarius suprà commemoratus, Ψυχῆς μέγας χαλινὸς ἀνθρώποις ὁ νοῦς.

S O C R A T I S.

Καλὸν ἐπὶ μὲν τῆς ἑστίας φαίνεσθαι τὸ πῦρ λαμπρὸν, ἐπὶ δὲ τῆς εὐτυχίας, τὸν νοῦν.

Pulchrum est in foco quidem, ignem conspici splēdidum, in felicitate autem, animum.

In qua comparatione fortassis ad illum Homericum

versum alluditur,
Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι.

Eiusdem.

Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίᾳ φρονοῦντες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἡτοιμάκασι βοηθήματα.

Quemadmodum qui nauigant dum trāquillum est mare, etiam ea parata habēt quibus aduersus tempestatem opus est: ita qui sapiunt dum res sunt secundæ, contra aduersas quoque auxilia sibi comparant.

Eiusdem.

Νόει, καὶ τότε πρᾶττε.

Cogita, & tum demum aggredere.

Videtur hoc dictum idem esse cum illo superiore Periandri, νοῦ ἡγεμόνα ποιοῦ. Salustius autem non simpliciter dixit, consulto esse opus, deinde facto: sed consulto antequam quis incipiat, deinde maturè facto.

CHRYSIPPI.

Χρύσιππος ὁ Στωϊκὸς ἔφη [illegible] διάνοιαν εἶναι λόγου πηγήν.

Chrysippus Stoicus mentem dixit esse orationis fontem.

ARISTONYMI.

Ἐν μὲν τῷ πλεῖν πείθεσθαι δεῖ τῷ κυβερνήτῃ, ἐν δὲ τῷ ζῆν, τῷ δυναμένῳ λογίζεσθαι βέλτιον.

In nauigando parere oportet gubernatori, in vita, et qui prudentius consilium inire potest.

Conuenit hoc dictum cum illo Socratis cui primus datus fuit locus, debere τὸν φρονιμώτατον τὰ πρέποντα λέγειν.

Eiusdem.

Οἱ μὲν ἀκρατεῖς, ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις· οἱ δὲ ἄφρονες ἐν ταῖς ἀτυχίαις εἰσὶ δυσθεράπευτοι.

Incontinentes quidem, quum ægrotant, insipientes verò, quum aduersa fortuna conflictantur, non facile est curare.

Eiusdem.

Νοσοῦντος δίαιτα, καὶ ἄφρονος εὐτυχία πολὺ ἔχει τὸ δυσάρεστον.

Vt ægrotus circa suum victum, sic amens circa suam fortunam prosperam valde morosum se præbet.

SOCRATIS.

Οἱ δραπέται, κἂν μὴ διώκωνται, φοβοῦνται· οἱ δὲ ἄφρονες, κἂν μὴ κακῶς πράττωσι, ταράττονται.

Fugitiui, etiamsi nemo eos persequatur, in metu versantur: insipiētes autem, etiamsi minimè aduersa vtantur fortuna, perturbantur.

Eiusdem.

Τοῖς ἄφροσιν, ὥσπερ τοῖς παιδίοις, μικρὰ

πρόφασις εἰς τὸ κλαίειν ἱκανή.

Insipientibus, non secus ac puerulis, leuis occasio ad eliciendas lacrymas est satis.

Eiusdem.

Αἱ μὲν βρονταὶ μάλιστα τοὺς παῖδας, αἱ δ' ἀπειλαὶ τοὺς ἄφρονας καταπλήττουσι.

Tonitrua pueros potissimùm, minæ insipientes terrent.

Eiusdem.

Οὔτε τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ὅπλα τῷ Θερσίτῃ, οὔτε τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθὰ τῷ ἄφρονι ἁρμόττει.

Neque Achillis arma Thersitæ, neque animi bona insipienti conueniunt.

ANTISTHENIS.

Ἀντισθένης ἐρωτηθεὶς τί δήποτε οὐχ οἱ πλούσιοι πρὸς τοὺς σοφοὺς ἀπίασιν, ἀλλ' ἀνάπαλιν· εἶπεν, ὅτι οἱ σοφοὶ μὲν ἴσασιν ὧν δεῖν αὐτοῖς χρεία πρὸς τὸν βίον, οἱ δὲ οὐκ ἴσασιν. ἐπεὶ μᾶλλον ἂν σοφίας ἢ χρημάτων ἐπεμελοῦντο.

Antisthenes interrogatus quamobrem diuites ad sapientes non accederent, sed contrà: respondit, Quoniam sapientes norunt quibus sibi sit opus ad vitam, at diuites ignorant. Alioqui enim maiorem sapientiæ quàm pecuniarum curam gererent.

At Simonides, vxori Hieronis interroganti vtrum esse præstaret, diuitem, an sapientem: respõdit, Di-

uitem. ſe enim videre ſapientes in liminibus diuturnum tempus terentes. Ariſtoteles Rhetoricorum lib.2, πολλοὶ γάρ εἰσιν οἱ δεόμενοι τῶν ἐχόντων. ὅθεν καὶ τὸ Σιμωνίδου εἴρηται περὶ τῶν σοφῶν καὶ πλουσίων πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν Ἱέρωνος ἐρομένην πότερον γενέσθαι κρεῖττον, πλούσιον, ἢ σοφόν· πλούσιον, εἰπεῖν. τοὺς γὰρ σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις ἔφη διατρίβοντας.

SOCRATIS.

Ὁ μὲν δειλὸς καθ' ἑαυτοῦ τὰ ὅπλα ἔχει, ὁ δὲ ἀνόητος τὰ χρήματα.

Timidus quidem arma contra ſeipſum habet, amens autem pecunias.

Eiuſdem.

Σωκράτης ἰδὼν μειράκιον πλούσιον καὶ ἀπαίδευτον, ἰδοὺ, ἔφη, χρυσοῦ ἀνδράποδον.

Socrates adoleſcentem diuitem & imperitum cōſpicatus, Ecce, inquit, aureū mancipium.

DEMOCRITI.

Δόξα καὶ πλοῦτος ἄνευ ξυνέσιος, οὐκ ἀσφαλέα κτήματα.

Gloria & opes abſque prudentia, non tutæ ſunt poſſeſſiones.

Suprà quoque dictum fuit à Socrate & Pythagora nullum eſſe diuitiarum vſum abſque prudentia, quēadmodum equo vti abſque fræno non poſſumus: ſed hîc vnà cum diuitiis gloriæ quoq; fit mentio. Quinetiam robur niſi cum prudentia iunctum, inutile eſſe, ac modo nō damnoſum, paulo antè ex Iſocrate audiuiſti.

Eiuſdem.

Eiusdem.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς τί φρόνησις, Εὐαρμοστία, εἶπε, ψυχῆς. Ὁ αὐτὸς ἐρωτηθεὶς τίνες φρόνιμοι, Οἱ μὴ ῥᾳδίως, εἶπεν, ἐξαμαρτάνοντες.

Socrates interrogatus quid esset prudentia, respondit, Animi habilitas, [siue dexteritas, aut concinnitas] Idem interrogatus quinam essent prudentes, respondit, Qui non facile peccant.

TASSI.

Τάσσος Ἑρμιονεὺς ἐρωτηθεὶς τί εἴη σοφώτατον, πεῖραν ἔφη.

Tassus Hermioneus interrogatus quid esset sapientissimum, Experientia, respondit.

BIANTIS.

Ἐοίκασι τοῖς ὄμμασι τῆς γλαυκὸς οἱ περὶ τὴν ματαίαν σοφίαν ἠσχοληκότες. καὶ γὰρ ἐκείνης αἱ ὄψεις νυκτὸς μὲν ἔρρωνται, ἡλίου δὲ λάμψαντος ἀμαυροῦνται· καὶ τούτων ἡ διάνοια ὀξυτάτη μέν ἐστι πρὸς τὴν ματαιότητος θεωρίαν, πρὸς δὲ τὴν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς κατανόησιν ἐξαμαυροῦται.

Similes sunt noctuæ oculis qui sapientiæ inani dant operã. Illius enim oculi noctu quidem vim suã habẽt, sole autem orto caligant. Eodémque modo horum mens ad perspicien-

das quidem res vanas acutissima est, ad veri autem luminis intuitum obtusa.

Vbi ita verto acsi non κατακίνησιν, sed κατάθρησιν, aut aliud eiusmodi vocabulum legeretur. Omnino enim alienum ab hoc loco esse videtur illud κατακίνησιν.

SOCRATIS.

Οἱ μὲν ξένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ δ' ἀπαίδευτοι ἐν τοῖς πράγμασι πλανῶνται.

Peregrini quidem in viis, imperiti autem in rebus errant.

Eiusdem.

Ὁ μὲν Πρωτεὺς τῇ μορφῇ, ὁ δὲ ἀπαίδευτος τῇ ψυχῇ παρ' ἕκαστον ἀλλοιοῦται.

Proteus quidem formam, imperitus autem animum ad singula mutat.

CLEANTHIS.

Κλεάνθης ἔφη τοὺς ἀπαιδεύτους μόνῃ τῇ μορφῇ τῶν θηρίων διαφέρειν.

Cleanthes imperitos sola forma differre à brutis dixit.

INCERTI AVTORIS.

Ταυτόν ἐστιν ἀῤῥωστοῦντι φορτίον ἀναθέσθαι καὶ ἀπαιδεύτοις εὐτυχίαν.

Perinde est si ægrotanti onus & si imperitis prosperam fortunam impònas.

SOCRATIS.

Οὔτ' οἱ ἄμουσοι τοῖς ὀργάνοις, οὔθ' οἱ ἀπαί-

δευτοι ταῖς ἀτυχίαις δύνανται συναρμόσασθαι.

Neque musices ignari instrumentis, neque imperiti infortuniis possunt se accommodare.

Videndum ne pro ἀτυχίαις scribēdum sit εὐτυχίαις. Cōuenit autē verbum συναρμόσασθαι cum eo quod antea dictum fuit, sub Socratis itidem nomine, φρόνησιν esse διαρμοσίαν ψυχῆς. Sed multa falsò sub Socratis nomine afferri sciendum est.

Cæterùm ἀπαιδεύτους interpretatus sum imperitos, potius quàm indoctos: quòd latius patere in his locis videatur ἀπαιδεύτων appellatio quàm vt Latina vox Indocti respondere illi possit: multo autem minus vocabulum Illiterati. nisi antiquum nominis istius vsum sequi velimus. existimantur enim veteres illiteratos generaliter appellasse qui imperiti essent, ac non ad literarum imperitos restrinxisse: sicut videlicet Græcis ac nominatim Atticis, μουσικὴν significasse quamlibet τέχνην legimus. Alioqui non dubium est quin ἀπαιδεύτους, imperitos, aut imperitos rerum, potius interpretari oporteat. Tantum enim abest vt illiterato sapiens opponatur, vt sapiens esse aliquis possit etiamsi literas nesciat, si quidē Senecæ credimus, epist. 89, vbi scribit. Quid est autem quare existimem non futurum sapientem eum qui literas nescit, quum sapientia non sit in literis? Idem sapientes imperitis, alicubi sapientiam stultitiæ opponit. Iam verò & παιδείαν fortasse sapientiam potius quàm doctrinam alicubi interpretari debemus: præsertimque iis in locis vbi quod vnus περὶ τῆς παιδείας, alter περὶ τῆς ἀρετῆς dicit. cuius rei exempla in superioribus à me allata fuerunt. Adiicique illis poterit & quod de Stilpone

narratur, se nihil amisisse dicēte. quidam enim eum addidisse dicunt, sibi suam ἀρετὴν saluam manere: alii verò παιδείαν. Alicubi autem ἀρετῆς & παιδείας mentionem simul fieri videmus. veluti quum dicit Socrates se ignorare an Archelaus, atque adeò an ipse Persarū rex sit beatus: quòd nesciat πῶς ἀρετῆς καὶ παιδείας ἔχει. ita enim apud Plutarchum legimus: quum tamen apud Platonem non ἀρετῆς sed δικαιοσύνης habeamus, posito nimirū nomine speciei pro generis nomine. Verùm ibi Cicero πῶς vel ὅπως παιδείας ἔχει vertit Quàm sit doctus: vt videbis suprà, pagina 182.

DE PRVDENTIA SEV sapientia sententiæ vel dicta Ciceronis, ea præsertim quæ ad eius laudem pertinent.

Ex Tuscul. quæst. lib. 2.

Sine prudentia ne intelligi quidem vlla virtus potest. *Item lib. 5*, Si enim nulla virtus prudentia vacat, &c.

Ex Tusc. q. lib. 1.

Prudentia nihil dulcius: quam, vt cætera auferat, affert certè senectus. *Et in Catone maiore*, Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia, senectutis. *Rursum Tusc. lib. 5*, Nō potest esse iucunda vita à qua absit prudentia. *Eodem libro*, Quid est autem in homine, sagaci ac bona mente melius?

Ex lib. 1, De off.

Prudentiæ, quasi materia quam tractet, & in qua versetur, subiecta est veritas. *Ibidem*, Prudentiæ munus proprium est indagatio atq; inuentio veri. *Ibidem*, Prudentia, quæ in veri cognitione consistit, maximè naturam attingit humanam.

Ex Hortensio.

Id enim est sapientis, prouidere: ex quo sapientia est appellata prudentia.

Ex lib. 2, De off.

Quid est enim per deos optabilius sapiē-

tia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius?

Ex Tusc. q. lib. 3.

Ita fit vt sapientia sanitas sit animi: insipientia autem, quasi insanitas quædam: quæ est insania, eadémque dementia.

Ex lib. 4, De fin.

Sed quum sapientiã totius hominis custodem & procuratricem esse vellent, quæ esset naturæ comes & adiutrix. &c.

Ex lib. 1, De fin.

Sapientia sola nos à libidinũ impetu & formidinum terrore vindicat, & ipsius fortunæ modicè ferre docet iniurias, & omnes docet vias quæ ad quietem & tranquillitatem ferunt.

Ex lib. 3, De fin.

Sola sapientia in se tota conuersa est. *Paulo pòst*, Sapientia & animi magnitudinem complectitur, & iustitiam, & vt omnia quæ homini accidant, infrà se esse iudicet. *In Lælio*, Hanc esse in te sapientiam existimant, vt omnia tua in te posita esse ducas, humanósq; casus virtute inferiores putes.

Ex Parad. 5.

Soli hoc cõtingit sapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. *Item Tusc. q. lib. 5*, Sapientis est proprium, nihil cuius pœnitere possit facere, nihil inuitum:

ſplendidè, conſtanter, grauiter, honeſtè omnia. nihil ita expectare quaſi certò futurum: nihil, quum acciderit, admirari, vt inopinatum ac nouum accidiſſe videatur. omnia ad ſuum arbitrium referre: ſuis ſtare iudiciis. Quo quid ſit beatius, mihi certè in mentem venire non poteſt. *Et libro 4,* Ergo is, quiſquis eſt, qui moderatione & conſtantia quietus animo eſt, ſibíque ipſe placatus, vt neque tabeſcat moleſtiis, neq; frangatur timore, nec ſitienter quid appetens, ardeat deſiderio, nec alacritate futili geſtiens deliqueſcat: is eſt ſapiens quē quęrimus: is eſt beatus, cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad demittendum animum, aut nimis lætabile ad efferendum videri poteſt. *Et paulo pòſt,* Qui ſemper animo ſic excubat vt ei nihil improuiſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum.

Ex Tuſc. q. lib. 4.

Ex quo efficitur vt ſapiens diuina imitetur, humana omnia inferiora virtute ducat.

DE PRVDENTIA SEV ſapientia ſententiæ vel dicta Senecæ, ea præſertim quæ ad eius laudem pertinent.

Ex epiſt.68.

Sine prudentia nullum initur conſilium: quæ ſuadet, quod effugere nõ poſſis, quamfortiſſimè ferre.

Ex epiſt.99.

Illud verum bonũ non moritur: certum eſt ſempiternúmque, ſapientia & virtus. hoc vnum cõtingit immortale mortalibus.

Ex epiſt.94.

Ampliſſimum vitæ ſpatium eſt, vſque ad ſapientiam viuere. Qui ad illam peruenit, attingit non longiſſimum finem, ſed maximum.

Ex epiſt.22.

Percepit ſapientiam ſiquis tam ſecurus moritur quàm naſcitur.

Ex epiſt.86.

Sapientia commune bonum eſt & eorũ cum quibus viuit, & proprium ipſius, Itaque gubernatori fortaſſe nocetur, cuius miniſterium aliis promiſſum, tempeſtate impeditur: ſapienti non nocetur à paupertate, non à dolore, non ab aliis tempeſtatibus vitæ. Non enim prohibentur opera eius

omnia, sed tantùm ad alios pertinẽtia. Ipse semper in actu est: in effectum tunc maximus, quum illi fortuna se opposuit. Tunc ipsius sapientiæ negotium agit, quam diximus & alienum bonum esse & suum. *Paulo pòst,* Ita nulla fortuna, nulla res actus sapientum excludit. Id enim ipsum agit quo alia agere prohibetur. Ad vtrosque casus aptus est, bonorum rector est, malorum victor. Sic sapiens virtutẽ, si licebit, in diuitiis explicabit: si minus, in paupertate. si poterit, in patria: si minus, in exilio. si poterit, imperator: si minus, miles. si poterit, integer: si minus, debilis. Quamcunque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet. *Paulo pòst,* Sic sapiens est artifex domandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, vbique horrenda, quum ad hunc peruenere, mansueta sunt.

Ex epist. 77.

Mutationis periculum effugit sapientia. sapientia non eripitur, sapientia in stultitiam non reuoluitur.

Ex epist. 37.

Humilis res est stultitia, abiecta, sordida, seruilis, multis affectibus & sæuissimis subiecta. Hos tam graues dominos interdum alternis vicibus imperantes, interdum pariter, dimittit à te sapientia, quæ sola liber-

tas est. Vna ad hanc fert via, & quidem recta. non aberrabis. vade certo gradu. Si vis tibi omnia subiicere, te subiice rationi. Multos reges si ratio te reperit. Ab illa disces quid & quemadmodum aggredi debeas.

Ex epist. 60.

Nil stultitia pacatum habet: tam supernè illi metus est quàm infrá. vtrunque trepidat latus. sequuntur pericula, & occurrunt: ad omnia pauet, imparata est, & ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem ad omnem occursum munitus & intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet: interritus & contra illa ibit, & inter illa.

Ex epist. 77.

Ideo sapiens assuescit futuris malis: & quæ alii diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces imperitorum, dicentium, Nesciebam hoc mihi restare. Sapiens scit sibi omnia restare. quicquid factum est, dicit, Sciebam.

Ex epist. 74.

Nulla sine deo mens bona est. *Item epist. 27*, Bona mens non emitur, nec commodatur. & (puto) si venalis esset, non haberet emptorem. At mala quotidie emitur.

Ex lib. ad Serenum, Quòd in sapientem non cadit iniuria.

Sapiens nihil perdere poteſt: omnia in ſe repoſuit, nihil fortunæ credit. bona ſua in ſolido habet, contentus virtute, quæ fortuitis non indiget. *Ibidem Vide plura huc pertinentia.*

Ibidem.

Sapiens autem, vicinus proximúſq; diis conſiſtit: excepta mortalitate ſimilis deo.



ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ.

DE IVSTITIA.

ARISTIDIS.

Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ἐρωτηθεὶς τί ἐστι τὸ δίκαιον, τὸ μὴ ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἔφη.

Aristides cognomento iustus interrogatus quid esset iustitia, Aliena non concupiscere, respondit.

DEMOCRITI.

Ἀγαθὸν, οὐ τὸ μὴ ἀδικέειν, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ἐθέλειν.

Bonum est, non solùm iniuriam non facere, sed ne velle quidem.

Tale est illud Philemonis,

Ἀνὴρ δίκαιός ἐστιν, οὐχ ὁ μὴ ἀδικῶν,
Ἀλλ᾽ ὅστις ἀδικεῖν δυνάμενος, μὴ βούλεται.

Eiusdem.

Μοῦνοι θεοφιλέες ὅσοις ἐχθρὸν τὸ ἀδικέειν.

Deum illi soli amicum habent qui iniuriæ sunt inimici.

PLATONIS.

Πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία οὐ σοφία φαίνεται.

Omnísque scientia quæ à iustitia & cæteris virtutibus est remota, calliditas nō sapientia esse videtur.

Cicero De off. lib. 1, Præclarū igitur Platonis illud: Non solùm, inquit, sciētia quæ est remota à iustitia, calliditas potius quàm sapientia est appellanda: verumetiam animus &c.

EX XENOPH. SYMPOS.

Ἡ καλοκἀγαθία, ἔστιν ἡ δικαιοσύνη; Νὴ Δί', ἔφη ὁ Ἀντισθένης, ἥγε ἀναμφιλογωτάτη. ἐπείτοι ἀνδρεία μὲν καὶ σοφία ἔστιν ὅτε βλαβερὰ καὶ φίλοις καὶ πόλει δοκεῖ εἶναι, ἡ δὲ δικαιοσύνη οὐδὲ καθ' ἓν συμμίγνυται τῇ ἀδικίᾳ.

Probitas éstne iustitia? Est sanè, inquit Antisthenes: & quidem minimè controuersa. Nā fortitudo & sapientia interdum & amicis & reipub. noxiæ esse videntur: at iustitia nulla in re cum iniustitia commiscetur.

Posset etiam ita reddi huius loci initium, Virum bonum esse, éstne esse iustum? Sic certè Cicero De Off. lib. 2, de iustitia loquens, Ex qua virtute (inquit) viri boni appellantur. Et libro 1, Iustitiā, in qua virtutis est splendor maximus: ex qua boni viri nominantur. Atque adeò in interpretatione cuiusdam loci Platonis, hæc verba, ὅπως ἔχει δικαιοσύνης, vertit, Quàm sit vir bonus: vt vides suprà, pag. 182. Ac meritò certè ita reddit, quum ibidem καλὸς καὶ ἀγαθὸς (qui est vir bonus) tanquam idem qui & δίκαιος, opponatur τῷ ἀδίκῳ, sicut & τῷ πονηρῷ. Cæterùm in illo Xenophontis loco suspectum est quòd

articulus ante vtrunque nomen, nimirum & ante καλοκαγαθία & ante δικαιοσύνη ponitur.

AGESILAI.

Ἀγησίλαος εἶπεν, ἀνδρείας οὐδὲν εἶναι ὄφελος, μὴ παρούσης δικαιοσύνης· εἰ δὲ δίκαιοι πάντες γένοιντο, μηδὲν ἀνδρείας δεήσεσθαι.

Agesilaus nullam esse fortitudinis vtilitatem dixit, si nō adesset iustitia: quòd si omnes euaderent iusti, fortitudine opus non fore.

ISOCRATIS.

Οἶμαι γὰρ ἔγωγε πάντας ἂν ὁμολογῆσαι, πλείστου τῶν ἀρετῶν ἀξίας εἶναι τήν τε σωφροσύνην καὶ τὴν δικαιοσύνην.

Omnes enim, vt opinor, fatebuntur, inter virtutes maximo in pretio esse debere temperantiam & iustitiam.

Verba illa sunt ex Isocratis Nicocle sumpta. Sed & in oratione περὶ εἰρήνης harum duarum nominatim mentionem facit. Ad iustitiam certè quod attinet, legimus apud Aristotelem Ethic. lib. 5, iactatū fuisse prouerbio, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι (qui versus inter Theognideos extat) scribentem etiam, καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη. Illius prouerbialis dicti mentionem facit Iamblichus, iustitiam appellans τὸ τῶν ἀρετῶν τέλος καὶ τὴν συναγωγήν. vbi scribit, ἐπ' αὐτὸ δὴ τὸ τῶν ὅλων ἀρετῶν τέλος καὶ τὴν συναγωγὴν αὐτῶν συμπασῶν (ἐν ᾗ δὴ πᾶσαι ἔνεισι συλλήβδην κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον) γένοιτο ἄν τις, εἰς τὴν δικαιοσύνην ἀγόμενος. Meminisse autem hîc oportet loci illius

Platonici qui allatus fuit suprà, pagina 182. vbi sub δικαιοσύνης appellatione, quæ est species, intelligitur ἀρετὴ, quæ est genus. Alii contrà principatum tribuerunt τῇ φρονήσει, id est prudentiæ: siue τῇ σοφίᾳ, id est sapiētiæ. Atque adeò vt de iustitia Theognis, sic de prudentia Chæremon loquutus est hoc versiculo, Ὁ γὰρ φρονῶν εὖ πάντα συλλαβὼν ἔχει. Quinetiam omnes virtutes esse φρονήσεις existimabat Socrates, teste Aristotele, Ethic. lib. 6, in fine. Quòd si quis & τῇ σωφροσύνῃ principatum tribuere velit, rationes illi non deerunt, vt ostendi in superioribus.

Eiusdem.

Τοσούτῳ κρείττων δικαιοσύνη χρημάτων, ὅσῳ τὰ μὲν ζῶντας μόνους ὠφελεῖ, ἡ δὲ καὶ τελευτήσασι δόξαν περισκευάζει. κἀκείνων μὲν τοῖς φαύλοις μέτεστι, ταύτης δὲ τοῖς μοχθηροῖς ἀδύνατον μεταλαβεῖν.

Hoc præstantior est pecuniis iustitia, quòd illæ quidem viuentibus duntaxat prosunt, at hæc mortuis quoque gloriam cōparat. & earum quidem improbi etiam sunt participes, at virtutis nullo modo esse possunt.

Sic à Philemone dicitur τοῦ δικαίου ἀθάνατος ἀεὶ δόξα διατελεῖν ἐν βροτοῖς καὶ θεοῖς, in loco qui allatus ex eo fuit suprà, pag. 33.

Eiusdem.

Τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ποίει μὲν ὡς οἱ πρόγονοι κατέδειξαν, ἡγοῦ δὲ τοῦτο εἶναι θῦμα κάλλιστον, καὶ θεραπείαν μεγίστην, ἐὰν ὡς βέλτιστον καὶ δικαιό-

ἄτον σεαυτὸν παρέχῃς.

In iis quæ ad deos spectant, tuorum maiorum exemplum sequere: sed hoc pulcherrimam esse victimam & maximum cultum existima, si te quamoptimum & quaminstissimum exhibeas.

PYTHAGORAE.

Ξένος ἀνὴρ δίκαιος, οὐ μόνον πολίτου, ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς διαφέρει.

Peregrinus qui iustus est, non ciue tantùm sed etiam propinquo potior est.

PLATONIS.

Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος. καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος.

Deus nullo prorsus modo iniustus est, sed tanta iustitia quãta maxima esse potest, præditus. Neque quicquam ei similius est quàm qui ex nobis est iustissimus.

Alibi τὸν δίκαιον & τὸν ἄδικον, illum θεοῖς φίλον, hunc θεοῖς ἐχθρὸν esse dicit. Eosdémque alibi, hunc θεομισῆ, illum θεοφιλῆ appellat. Sic suprà ex Pythagora, μοῦνοι θεοφιλέες ὅσοις ἐχθρὸν τὸ ἀδικέειν.

EPICTETI.

Καθάπερ ὀρθοῦ οὐδὲν ὀρθότερον, οὕτως οὐδὲ δικαίου οὐδὲν δικαιότερον.

Sicut recto nihil est rectius, ita nec iusto quicquam iustius.

Eiusdem.

Ὥσπερ ἀληθὴς ζυγὸς οὔτε πρὸς ἀληθοῦς ἰθύνεται ζυγοῦ, οὔθ' ὑπὸ ψευδοῦς κρίνεται· οὕτω καὶ ὁ δίκαιος κριτὴς οὔθ' ὑπὸ δικαίων εὐθύνεται, οὔτε παρ' ἀδίκοις δικάζεται.

Quemadmodum vera trutina neque à vera trutina corrigitur, neque à falsa iudicatur: ita iustus iudex neque à iustis corrigitur, neque apud iniustos iudicium subit.

Rectius fortasse παρ' ἀδίκων δικάζεται legeretur: vt in hoc eiusdem dicto, αἰσχρὸν τὸν δικαστὴν πρὸς ἑτέρων δικάζεσθαι, Turpe est iudicem ab aliis iudicari. Ita hîc, Neque ab iniustis iudicatur. Quidam verò κρίνεται interpr. Examinatur.

DEMOSTHENIS.

Ὥσπερ οἰκίας καὶ πλοίου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ· οὕτω καὶ τῶν πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει.

Quemadmodum domus & nauigii aliorúmque huiusmodi partes inferiores firmissimas esse oportet: ita actionum initia & fundamenta vera & iusta esse par est.

D

vir
tiſſ

me
hil

da
iuſ
tio

iuſ

va

diſ
pr
ſti

DE IVSTITIA SENTENTIÆ seu dicta Ciceronis, ea præsertim quæ ad eius laudem pertinent.

De off. lib. 3.

Iustitia, omnium est domina & regina virtutum. *Item De nat. d. lib. 1*, Excellentissima virtus iustitia.

Ex lib. De off. 2.

Fundamentum enim est perpetuæ commendationis & famæ, iustitia: sine qua nihil potest esse laudabile.

Ex lib. De off. 2.

Omni igitur ratione colenda & retinenda iustitia est, cùm ipsa per sese (nam aliter iustitia non esset) tum propter amplificationem honoris & gloriæ.

Ex lib. De off. 1.

Nihil enim honestum esse potest quod iustitia vacat.

Et paulo pòst,

Nullum enim est tempus quod iustitia vacare debeat.

Ex lib. De legibus 1.

Omnium quæ in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est profectò præstabilius quàm planè intelligi nos ad iustitiam esse natos: neque opinione, sed na-

tura constitutum esse ius.

Ex lib. De off. 2.

Atque iis etiam qui vendunt, emunt, cōducunt, locant, contrahendísque negotiis implicantur, iustitia ad rem gerendam necessaria est: cuius tanta vis est, vt ne illi quidem qui maleficio & scelere pascuntur, possint sine vlla particula iustitiæ viuere.

Ex lib. De leg. 1.

Ergo item iustitia nihil expetit præmii, nihil pretii. per se igitur expetitur.

De repub. lib. 2.

Iustitia foras spectat, & proiecta tota est, atque eminet.

Ibidem.

Iustitia præter cæteras totam se ad alienas vtilitates porrigit atque explicat.

Ex lib. De off. 3.

Et quanquam omnis virtus nos ad se allicit, facítque vt eos diligamus in quibus ipsa inesse videatur: tamen iustitia & liberalitas id maximè efficit.

Ex lib. De off. 2.

Ergo & hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit: & maximè iustitia (ex qua virtute viri boni appellātur) mirifica quædam res multitudini videtur. nec iniuria. nemo enim iustus esse potest, qui mortem, qui dolorē, qui exilium, qui ege-

ſtatem timet:aut qui ea, quæ ſunt his contraria, æquitati anteponit. *Et paucis interiectis*, Itaque illa tria quæ propoſita ſunt ad gloriam, omnia iuſtitia conficit: & beneuolentiam, quòd prodeſſe vult plurimis: & ob eandem cauſam, fidem & admirationẽ, quòd eas res ſpernit & negligit ad quas plerique inflammati auiditate rapiuntur. *Item De off. lib. 1*, Iuſtitia, in qua virtutis eſt ſplendor maximus, ex qua boni viri nominantur.

Ex lib. De off. 2.

Harum igitur duarum ad fidem faciendam iuſtitia plus pollet, quippe quum ea ſine prudentia ſatis habeat autoritatis: prudentia ſine iuſtitia nihil valeat ad faciẽdam fidem. *Paulo pòſt*, Quamobrem intelligentiæ iuſtitia coniuncta, quantum volet habebit ad faciendam fidem virium: iuſtitia ſine prudentia multum poterit, ſine iuſtitia nihil valebit prudentia.

Ex lib. 5. De finib.

Quicquid aget quæque virtus, id à communitate, & ea quam expoſui charitate atque ſocietate humana nõ abhorrebit: viciſſimq; iuſtitia, vt ipſa ſe fundet vſu in cæteras virtutes, ſic illas expetet. Seruari enim iuſtitia niſi à forti viro, niſi à ſapiente, non poteſt.

DE IVSTITIA SENTENTIÆ SEU DICTA SENECÆ, EA PRÆSERTIM QUÆ AD EIUS LAUDEM PERTINENT.

Ex epist. 77.

Doceat me quàm ſacra res ſit iuſtitia, alienum bonum ſpectans, nihil ex ſe petens, niſi vſum ſui. Nihil ſit illi cum ambitione famáque: ſibi placeat. Hæc ante omnia ſibi quiſque perſuadeat, Me iuſtum eſſe gratis oportet. Parum eſt: adhuc illud perſuadeat ſibi, vt in hanc pulcherrimam virtutem vltro etiam impendere iuuet, vt tota cogitatio à priuatis commodis longiſſimè auerſa ſit. Nō eſt quòd expectes quod ſit iuſtæ rei præmium maius quàm iuſtū eſſe. Illud adhuc tibi affige, quod paulo antè dicebam. nihil ad rem pertinet quàm multi æquitatem tuam nouerint. Qui virtutē ſuam publicari vult, non virtuti laborat, ſed gloriæ. Non vis eſſe iuſtus ſine gloria: at mehercules ſæpe iuſtus eſſe debebis cum infamia. & tunc, ſi ſapis, mala opinio bene parta delectat.

Ex lib. De conſol. ad Polybium.

Illud quoque iuſtitia in omnibus rebus neceſſe eſt te adiuuet, cogitantem non iniuriam tibi factam quòd talem fratrem ami-

sisti, sed beneficium datum quòd tamdiu pietate eius tibi vti fruísque licuit.

Ex lib.1. De clem.

Difficilius est moderari vbi dolori debetur vltio, quàm vbi exemplo. Superuacuum est hoc loco admonere ne facilè credat, vt verum excutiat, vt innocentiæ faueat, vt appareat nō minus rem agi rei periclitantis quàm iudicis. Hoc autem ad iustitiam, non ad clementiam pertinet.



ΠΕΡῚ ἈΝΔΡΕΊΑΣ.

DE FORTITVDINE.

Hìc meminiſſe oportet eius quòd à me antea de nomine ἀρετὴ dictum fuit: nimirũ nonnunquam fortitudinem peculiariter eo ſignificari: ſiue hunc eius vſum ex poetis mutuando (nam illis ἀρετὴν paſsim ſonare idem quod ἀνδρείαν conſtat) ſiue appellationem generis vni ſpeciei κατ' ἐξοχὴν tribuendo: vt viciſsim vnius ſpeciei appellationem dari toti generi antea oſtendi. Apud Latinos quidem certè magis vſitatum eſt generis nomẽ, virtus, de vna ſpecie, fortitudine. Sed alia ibi ratio eſt: quũ vocabulũ iſtud virtus ſuo quodam iure ſignificationem illam fortitudinis ſibi vendicet, tanquam primam & maximè propriam: vtpote à viri appellatione deductum: & potius ſignificatio à ſpecie ad genus tranſierit, quàm contrá. Quod non conſideraſſe videtur Plutarchus dum hæc ſcriberet in Coriolani vita, circa principium, ὅλως μὲν οὖν ἐν τοῖς τότε χρόνοις ἡ Ῥώμη μάλιστα τῆς ἀρετῆς τὸ περὶ τὰς πολεμικὰς καὶ στρατιωτικὰς ἐκύδαινε πράξεις· καὶ ἐμαρτυρεῖτο τὴν ἀρετὴν ὑπ' αὐτῶν ἑνὶ τῷ τῆς ἀνδρείας ὀνόματι προσαγορεύεσθαι· καὶ τοῦτο τοῦ γένους ὄνομα κοινὸν ὑπάρχειν ὃ τὴν ἀνδρείαν ἰδίᾳ καλοῦσιν. Vbi legendum puto, ἐμαρτυρεῖτο τῷ τὴν ἀρετὴν &c.

De hoc quoque monendum eſſe lectorem putaui, quaſdam inueniri ſententias ſeu quædam dicta ad hoc περὶ ἀνδρείας caput pertinẽtia, quum tamen ibi nec ἀνδρείας nec ἀρετῆς, ſed εὐψυχίας aut μεγαλοψυχίας vel γενναιότητος vel φρονήματος ſeu λήματος, aut etiam θάρσους ſeu τόλμης vel εὐτολμίας fiat mentio:

quãquã hæc nõ tam sunt ἀνδρεία quàm παρέπεται τῇ ἀνδρείᾳ. At verò ἀνδραγαθία nihil aliud est quàm ἀνδρεία, sicut ἀνὴρ ἀγαθὸς interdum dicitur ὁ ἀνδρεῖος.

Incipiam autem hîc à pulcherrimo quodam dicto, vbi ἀρετὴ illam quam dixi ἀνδρείας significationẽ habet. idq; locum primum eo etiam magis meretur, quòd Lacedæmone (vbi fortitudinis velut officina erat) proficiscatur. Id affertur à Stobæo ex Dionis Chriis.

Λάκαινα γυνὴ, τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἐν παρατάξει χωλωθέντος, καὶ δυσφοροῦντος ἐπὶ τούτῳ, Μὴ λυποῦ τέκνον, εἶπεν. καθ' ἕκαστον γὰρ βῆμα τῆς ἰδίας ἀρετῆς ὑπομνησθήσῃ.

Lacæna quædam mulier, quum eius filius in acie claudus esset factus, idque ægrè ferret, Ne doleas, inquit, fili. ad singulos enim gressus propriæ virtutis memoria tibi renouabitur.

Sed Plutarchus hoc dictum Alexandro tribuit, libro priore eorum quos de eius fortuna vel virtute scripsit. Eius verba sunt hæc,

Τοῦ δὲ πατρὸς Φιλίππου λόγχῃ τὸν μηρὸν ἐν Τελβαλλοῖς διαπαρέντος, καὶ τὸν μὲν κίνδυνον διαφυγόντος, ἀχθομένου δὲ τῇ χωλότητι· θάῤῥει πάτερ, ἔφη, καὶ πρόϊθι φανερῶς· ἵνα τῆς ἀρετῆς κατὰ βῆμα μνημονεύῃς.

Quum patri eius Philippo apud Triballos lancea traiectũ femur fuiſſet, & periculum quidem euaſiſſet, ſed ſe claudicare moleſtè ferret, Bono ſis animo pater, inquit, nec quicquam in gradiendo diſsimula, vt ad vnumquemque greſſum virtutis recorderis.

AGIDIS.

Ἆγις ὁ βασιλεὺς ἔφη τοὺς Λακεδαιμονίους μὴ ἐρωτᾶν ὁπόσοι εἰσὶν, ἀλλὰ ποῦ εἰσιν οἱ πολέμιοι.

Agis rex dixit Lacedæmonios non ſolere interrogare quot eſſent hoſtes, ſed vbi eſſent.

AGESILAI.

Ἀγησίλαος περὶ ἀνδρείας καὶ δικαιοσύνης ἐρωτηθεὶς πότερα αὖ κρείττων εἴη, μηδὲν ἀνδρείας δεήσεσθαι ἡμᾶς ἔφη εἰ δίκαιοι πάντες γένοιντο.

Ageſilaus de fortitudine & iuſtitia interrogatus, vtra eſſet præſtantior, Nihil, inquit, fortitudine nobis opus fuerit ſi omnes ſint iuſti.

Hoc dictum Ageſilai ex Plut. apophthegm. ſumptum eſt: at ſuprà in capite de iuſtitia, paulo aliter refertur.

DEMOSTHENIS.

Ἔστι γὰρ ἔστιν ἁπάσης ἀρετῆς ἀρχὴ μὲν, σύνεσις· πέρας δὲ, ἀνδρεία. καὶ τῇ μὲν δοκιμάζεται τὰ

προακτέον ἐστί, τῇ δὲ σώζεται.

Est enim omnis virtutis principium quidē prudentia, finis autem fortitudo: & illa quidem exploratur quid facto sit opus, hac autem conseruatur.

Sumpta est hæc sentētia ἐκ τοῦ ἐπιταφίου λόγου: quæ oratio falsò illi adscribi existimatur, vt antea admonui.

Eiusdem.

Δοκεῖ δέ μοί τις ἂν εἰπὼν ὡς ἡ τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ἀρετὴ τῆς Ἑλλάδος ἦν ψυχή, τἀληθὲς εἰπεῖν. ἅμα γὰρ τά τε τούτων πνεύματα ἀπηλλάγη τῶν οἰκείων σωμάτων, καὶ τὸ τῆς Ἑλλάδος ἀξίωμα ἀνῄρηται.

Videtur autem mihi is qui dixerit istorum fortitudinem, fuisse Græciæ animam, verum esse dicturus. Vno enim eodémque tēpore horum spiritus ex suis corporibus excesserunt, & Græciæ dignitas interiit.

In eadem illa oratione hæc leguntur, aliquánto post eum qui modò allatus fuit locum. Isocrates audaci itidem metaphora, & quidem huius ipsius vocabuli ψυχὴ, vtens, dixit in Areopag. & in Panathen. πολιτείαν esse ψυχὴν πόλεως, τοσαύτην ἔχουσαν δύναμιν ὅσην περ ἐν σώματι φρόνησις:

PLATONIS.

Πλάτων ἔφη τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βίου μὴ μακροῦ ἀλλὰ λαμπροῦ δεῖσθαι.

Plato dixit fortes viros non vita longa sed

illustri opus habere.

Eiusdem.

Πᾶν πλῆθος καὶ πᾶς πλοῦτος ἀρετῇ ὑπείκει.

Omnis multitudo omnisque opulentia virtuti cedit.

Locus hic à Stobæo affertur capite περὶ ἀρετῆς, quũ tamen pertineat ad caput περὶ ἀνδρείας. Siquidem ἀρετὴ non generis nomen hîc est, sed speciei, nimirum τῆς ἀνδρείας. Quinetiam perperam apud eum πλῆθος redditur Rerum copia, quum de militũ multitudine dicatur. Legimus enim apud Platonem in Menexeno, seu Epitaphio (repetendo eius verba paulo altius) quæ sequuntur, ἐν τούτῳ δὴ ἄν τις γενόμενος γνοίη οἷοι ἄρα ἐτύγχανον ὄντες τὴν ἀρετὴν οἱ Μαραθῶνι δεξάμενοι τὴν τῶν βαρβάρων δύναμιν, καὶ κολασάμενοι τὴν ὑπερηφανίαν ὅλης τῆς Ἀσίας· καὶ πρῶτοι στήσαντες τρόπαια τῶν βαρβάρων· ἡγεμόνες καὶ διδάσκαλοι τοῖς ἄλλοις γενόμενοι ὅτι οὐκ ἄμαχος εἴη ἡ Περσῶν δύναμις, ἀλλὰ πᾶν πλῆθος καὶ πᾶς πλοῦτος ἀρετῇ ὑπείκει.

ISOCRATIS.

Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον ἢ κίνδυνον.

Magis dedecus quàm periculũ reformida.

MVSONII.

Ἅρπαζε τὸ καλῶς ἀποθνήσκειν, ὅτε ἔξεστι· μὴ μετὰ μικρὸν τὸ μὲν ἀποθνήσκειν σοὶ παρῇ, τὸ δὲ καλῶς, μηκέτι ἐξῇ.

Arripe mortem honestam dum licet: ne paulo pòst mortis quidem tempus adsit, sed honestè moriendi occasio desit.

DEMOCRITI.

Ἀνδρείη τὰς ἄτας μικρὰς ἔρδει.

Fortitudo damna parua efficit.

Videtur velle significare Democritus, fortitudinem facere vt parua ſint damna: id eſt, vt parua eſſe videantur: leuiter nimirum ea ferendo. Quò pertinet illud, Leue fit quod bene fertur onus. Extāt & Menandri verſus in eam ſententiam.

CHRYSIPPI.

Ἔλεγεν ὁ Χρύσιππος ἀλγεῖν μὲν τὸν σοφὸν, μὴ βασανίζεσθαι δέ. μὴ γὰρ ἐνδιδόναι τῇ ψυχῇ. καὶ δεῖσθαι μὲν, μὴ προσδέχεσθαι δέ.

Dicebat Chryſippus dolere quidem ſapientem, ſed non cruciari: vtpote cuius animus malo non cederet. Eundem egere quidem, ſed non vltrà egere.

Pro verbo προσδέχεσθαι, quod omnino mendoſum eſſe exiſtimo, lego προσδέεσθαι, ſiue προσδεῖσθαι. vt reſpiciatur ad illud ἀπροσδεὲς, quod eorum eſt qui αὐτάρκειαν colunt. Videtur enim intelligere, eum egere quidem rebus ad vitam neceſſariis: ſed quum habet quantum poſcit αὐτάρκεια, non vltrà egere. quoniam illis contentus, nulla re præterea ad explendum ſuum deſiderium indiget, ſed reliqua omnia ſuperuacanea eſſe exiſtimat. Suprà autem nimirum pag. 188, dictum fuit πλούσιον καὶ σοφὸν eſſe eum ſolum qui vbique τὸ ἀπροσδεὲς comparare poteſt.

EPICTETI.

Οἱ τὸ σῶμα εὖ διακείμενοι, καὶ καύματα καὶ ψύχη ὑπομένουσιν· οὕτω δὲ καὶ οἱ τὴν ψυχὴν κα-

λῶς διακείμενοι, καὶ ὀργὴν καὶ λύπην καὶ περιχάρειαν καὶ τἄλλα πάθη φέρουσι.

Qui bona corporis constitutione sunt prædi-ti, & calores & frigora tolerāt: sic etiam qui animo sunt bene constituto, iram, tristitiam, gaudium, cæteráſque perturbationes ferunt.

PLATONIS.

Πλάτων ἐρωτηθεὶς πῶς ἔχειν δεῖ πρὸς τὰ περιπλώματα, Οὕτως, εἶπεν, ὥστε προϊδόντα μὴ ἐμβῆναι, ἐμβαίντα δὲ κατ᾽ ἄγνοιαν, μηδὲ φροντίσαι.

Plato interrogatus quomodo animatū esse oporteret circa res aduersas: Ita (respondit) vt quis prauidēdo caueat ne in eas incidat: quòd si per imprudentiā in eas inciderit, nihil curet.
Repono autem κατ᾽ ἄγνοιαν pro κατάγνοιαν, & iungo cum participio ἐμβαίντα. Alioqui enim apud Stobæum ita legitur hic locus, ἐμβαίντα δὲ, κατάγνοιαν μὴ φροντίσαι. Atque hanc mendosam lectionem sequens interpres, ita hunc locum reddidit, Vt prouidens aliquis non incidat in eas: si tamē inciderit, cōdemnationem etiam sui non curet.

DEMOCRITI.

Ἀνδρεῖος οὐχ ὁ τῶν πολεμίων κρατῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τῶν ἡδονῶν κρείσσων. ἔνιοι δὲ πόλεων μὲν δεσπόζουσι, γυναιξὶ δὲ δουλεύουσι.

Fortis est non qui hostes tantùm vincit,

sed

sed qui voluptatibus etiam est superior. Nõnulli autem ciuitatibus quidem imperãt, voluptatibus autem seruiunt.

Huc pertinet Alexandri dictum: quum quidam eum hortarentur vt Darij filias & eius vxorẽ forma præstantem spectaret, αἰσχρὸν. τοὺς ἄνδρας νικήσαντας ὑπὸ γυναικῶν ἡττᾶσθαι. Id est, Turpe est eos qui viros superauerint, à fœminis vinci.

sententiæ seu dicta Ciceronis, ea præsertim quæ ad eius laudem pertinent.

Ex lib. Tusc. quæst. 2.

Appellata est enim à viro virtus. viri autẽ propria maximè est fortitudo: cuius munera duo maxima sunt, mortis dolorísque cõtemptio. *Et lib. 5. De rep.* Quæ virtus, fortitudo vocatur: in qua est magnitudo animi, mortis dolorísq; magna cõtemptio.

Ex lib. 3. De off.

Est fortitudinis proprium & magnitudinis animi, nihil extimescere, omnia humana despicere: nihil quod homini accidere possit, intolerandum putare. *Et de fin. lib. 3,* Qui magno animo est atque forti, omnia quæ cadere in hominem possunt despicit & pro nihilo putat. Atque iste vir altus & excellens magno animo, verè fortis, infra se omnia humana ducit. *Item De off. lib. 1,* Ea quæ eximia plerisque & præclara videntur, parua ducere, eáque ratione stabili firmáque contemnere, fortis animi magníque ducendum est: & ea quæ videntur acerba, ita ferre vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est, magnæque constantiæ. *Et Tusc. quæst. lib. 3,* Iam tibi aderit princeps forti-

tudo, quæ te animo tanto esse coget, vt omnia quæ possint homini euenire, cõtemnas & pro nihilo putes.

Ex orat. pro Milone.

Est viri fortis, ne suppliciis quidem moueri, vt fortiter fecisse pœniteat.

Ex Philipp. 13.

Est virorum fortium, virtute præstare tantum, vt possint fortunæ culpam non extimescere.

Ex lib. Tusc. q. 2.

Quid? fortitudini, comitibúsque eius, magnitudini animi, grauitati, patientiæ, rerum humanarum despicientiæ, quomodo respondebis? afflictúsne & iacés, & lamẽtabili voce deplorans, audies, O virum fortem! te verò ita affectum, ne virum quidem duxerit quispiam. Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.

Ex lib. 1. De off.

Itaque probè definitur à Stoicis fortitudo, quum eam virtutem dicunt esse propugnantem pro æquitate. Quocirca nemo qui fortitudinis gloriam consequutus est, insidiis & malitia laudem est adeptus.

Ex Tusc. q. lib. 4.

Non igitur desiderat fortitudo aduocatam iracundiam: satis est instructa, armata, parata per sese.

ſententiæ ſeu dicta Senecæ, ea præſertim quæ ad eius laudem pertinent.

Ex epiſt.114.

Fortitudo eſt munimentũ humanæ imbecillitatis inexpugnabile: quod qui circundedit ſibi, ſecurus in hac vitæ obſidione perdurat.

Ex epiſt. 68.

Fortitudinis rami ſunt patientia & perpeſſio, & tolerantia.

Ex lib. De gub. mundi, diuinâque prouidentia.

Auida eſt periculi virtus, & quò tendat, non quid paſſura ſit cogitat.

Ex epiſt. 24.

Acrior ad occupanda pericula virtus quàm crudelitas ad irroganda.

Ex epiſt. 72.

Virtutem enim intelligo animoſam & excelſam, quam incitat quicquid infeſtat. *Tales ſunt illæ ſententiæ eiuſdem*, Marcet ſine aduerſario virtus: *&*, Multum adiicit ſibi virtus laceſſita.

Ex lib. 1, De Clem.

Magni animi eſt iniurias in ſumma potentia pati.

Ex epist. 39.

Magnanimi est magna contemnere, ac mediocria malle quàm nimia.

Ex epist.121.

Magnus animus conscius sibi ipse melioris naturæ, dat quidem operam vt in hac statione qua positus est, honestè se atq; industriè gerat: cæterùm nihil horú quæ circa ipsum sunt, suum iudicat, sed vt cômodatis vtitur peregrinus & properans. *Paulo antè*, Maximum argumentum est animi ab altiori venientis sede, si hæc in quibus versatur, humilia iudicat & angusta, si exire non metuit. Scit enim quò exiturus sit qui vnde venerit meminit.



ΠΕΡῚ ΣΩΦΡΟΣΎΝΗΣ, καὶ ἐγκρατείας, καὶ αὐταρκείας.

DE TEMPERANTIA, CONtinentia, & frugalitate.

PYTHAGORAE.

Ῥώμη ψυχῆς, σωφροσύνη. αὕτη γὰρ ψυχῆς ἀπαθοῦς φῶς ἐστι.

Robur animi est temperantia. quippe quæ sit animi perturbationum expertis lumen.

DEMOCRITI.

Τράπεζαν πολυτελέα μὲν τύχη παρατίθησιν, αὐταρκέα δὲ σωφροσύνη.

Mensam sumptuosam quidē fortuna, frugalem autem temperantia apponit.

Vel αὐταρκέα, contentam iis quæ adsunt: aut, frugalitate contentam.

Eiusdem.

Σωφροσύνη τὰ τερπνὰ ἀέξει, καὶ ἡδονὴν ἐπιμείζονα ποιεῖ.

Temperantia quæ iucunda sunt auget, & voluptatem maiorem efficit.

Rectius fortasse legeretur, ἡδονὴν ἔτι μείζονα, quàm ἡδονὴν ἐπιμείζονα.

Eiuſdem.

Πατρὸς σωφροσύνη μέγιστον τέκνοις παράγγελμα.

Patris temperantia maximum eſt liberis præceptum.

DIOGENIS.

Δεινὸν ἔλεγεν ὁ Διογένης εἰ οἱ μὲν ἀθληταὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ γαστρὸς καὶ ἡδονῶν κρατοῦσιν· οἱ μὲν τῆς φωνῆς χάριν, οἱ δὲ τοῦ σώματος· σωφροσύνης δ᾽ ἕνεκα οὐδεὶς τούτων καταφρονήσει.

Diogenes indignum eſſe dicebat, athletas quidem & citharœdos ventre & voluptatibus ſuperiores eſſe, hos vocis, illos corporis gratia: propter temperantiam verò neminem hæc aſpernari.

SOCRATIS.

Σωκράτης ἐρωτηθεὶς τίνι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρει, εἶπε, Καθόσον οἱ μὲν λοιποὶ ζῶσιν ἵν᾽ ἐσθίωσιν, αὐτὸς δὲ ἐσθίω ἵνα ζῶ.

Socrates interrogatus qua re ab aliis hominibus differret, reſpondit, Eo quòd alii quidẽ viuunt vt edant, ego autem edo vt viuam.

Sic apud Stobæum Euſebius quidam (qui vſus eſt Ionica dialecto) ſcribit, γνώμης ἀνδρὸς ἀρίστου ἀπόδειξις ἥδε· μὴ ὅτι τῷ σιτέεσθαι ἑωυτὸν νομίζειν γεγονέναι, μηδὲ ἐν τούτῳ τὴν ζωὴν ἡγέεσθαι, μόνου δὲ αὐ-

τοῦ τοῦ ζάειν ἕνεκα ἀνθρώποις ἐμφιλωνομίζειν εὑρῆσθαι.

ANTIPHONTIS.

Ὅστις δὲ τῶν αἰσχρῶν μήτε ἐπεθύμησε, μήτε ἥψατο, οὐκ ἔστι σώφρων. οὐ γὰρ ἔστιν ὅπου κρατήσας αὐτὸς ἑαυτὸν κόσμιον παρέχεται.

Qui turpia nec concupiuit, nec attigit, is nõ est teperans. nihil enim est à quo se cõtinuerit, ita vt hac in re moderationis specimẽ ediderit.

Tale est Aristippi dictum, κρατεῖ ἡδονῆς οὐχ ὁ ἀπεχόμενος, ἀλλ' ὁ χρώμενος μὲν, μὴ παρεκφερόμενος δέ.

MENEDEMI.

Μενέδημος, νεανίσκου τινὸς εἰπόντος, μέγα ἐστὶ τὸ τυχεῖν ὧν ἄν τις ἐπιθυμῇ, εἶπε, πολλῷ μεῖζόν ἐστι τὸ μηδὲ ἐπιθυμεῖν ὧν μὴ δεῖ.

Menedemus, quum adolescens quidam dixisset, Magna res est homini, consequi quæ cupit: Maior est, dixit, non cupere quæ cupienda non sunt.

Possumus etiam interpretari, Ea non cupere quibus opus non est.

EPICVRI.

Εἰ βούλει πλούσιον τινὰ ποιῆσαι, μὴ χρημάτων προστίθει, τῆς δ' ἐπιθυμίας ἀφαίρει.

Si quem efficere diuitem velis, nihil pecuniarum adde, sed de cupiditate detrahe.

Hunc Epicuri locũ affert Seneca epist.21. Ad hunc (inquit de Idomeneo) Epicurus illam nobilem sentẽtiam scripsit, qua hortatur vt Pythoclea locuple-

tẽ nõ publica nec ancipiti via faciat, Si vis (inquit) Pythoclea diuitẽ facere, non pecuniæ adiiciendum, ſed cupiditatibus detrahendum eſt. Et apertior iſta ſententia eſt quàm vt interpretanda ſit, & diſertior quàm vt adiuuanda. Hoc vnũ te admoneo, ne iſtud tãtùm exiſtimes de diuitiis dictũ: quocunq; tranſtuleris, idem poterit. Si vis Pythoclea honeſtum facere, non honoribus adiiciendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea eſſe in perpetua voluptate, nõ voluptatibus adiiciendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum. Si vis Pythoclea ſenem facere & implere vitam, non annis adiiciendum eſt, ſed cupiditatibus detrahendum. Hæc ille. Tale autem extat Socratis dictum, & quidem maiorem etiam gratiam habens propter antitheſin. Interrogatus enim quomodo quis euadere diues poſſit, reſpondit, εἰ τῶν ἐπιθυμιῶν εἴη πένης, Si diuitiarum pauper fuerit. Verùm hoc ipſum dictum affertur etiã ſub Cleanthis nomine. Epicuri autẽ affertur & aliud reſponſum ad eandem illam interrogationem, πῶς ἄν τις πλουτήσειε: nimirum hoc, οὐ τοῖς οὖσι προστιθεὶς, τῆς δὲ χρείας τὰ πολλὰ περιτέμνων.

SOCRATIS.

Σωκράτης τὴν πενίαν ἔλεγε μικρὰν εἶναι σωφροσύνην.

Socrates paupertatem temperantiam paruam eſſe dicebat.

Eadem ſententia ſed paulo aliis verbis ex Plutarcho affertur, βραχεῖά τις ἐστὶ σωφροσύνη τὸ πενιτεύειν. Locus autem vnde verba illa excerpta ſunt, eſt hic, οὐδέποτε λιμὸς ἐγέννησε μοιχείαν, οὐδέποτε ἀπορία χρημάτων, ἀσωτίαν. βραχεῖα τις ἐστὶ σωφροσύνη τὸ πενιτεύειν· ὀλίγη τις εὐνομία, τὸ ἀπορεῖσθαι.

DIOGENIS.

Διογένης τὴν πενίαν ἔλεγεν αὐτοδίδακτον εἶναι ἀρετήν.

Diogenes paupertatem aiebat eſſe virtutem quam quis à ſeipſo docetur.

Si ἀρετὴ hic non generis ſed ſpeciei appellatio ſit, nimirum σωφροσύνης, conueniet hoc dictum cum præcedente Socratis. Sic Arceſilaus quum diceret paupertatem eſſe γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον, ad σωφροσύνην potiſſimum referebat. quippe qui adderet, eam ἐθίζειν συνεῖναι λιτότητι καὶ καρτερίᾳ. Sed inuenitur Diogenis dictum aliis etiam verbis relatum, nimirum iſtis, τὴν πενίαν αὐτοδίδακτον εἶναι ἐπικούρημα πρὸς φιλοσοφίαν. ἃ γὰρ ἐκείνη πείθει τοῖς λόγοις πειρᾶσθαι, ταῦτ᾽ ἐν ἔργοις τὴν πενίαν ἀναγκάζειν.

SOCRATIS.

Σωκράτης πρὸς τὸν πυθόμενον τίς πλουσιώτατος, εἶπεν, ὁ ἐλαχίστοις ἀρκούμενος. αὐτάρκεια γὰρ, φύσεως ἐστὶ πλοῦτος.

Socrates cuidam ſciſcitanti quis eſſet ditiſſimus, reſpondit, Qui pauciſſimis contentus eſt. Animus enim ſua ſorte cōtentus naturalis eſt opulentia.

Eiuſdem.

Ἡ αὐτάρκεια, καθάπερ ὁδὸς βραχεῖα καὶ ἐπιτερπής, χάριν μὲν ἔχει μεγάλην, πόνον δὲ μικρόν.

Animus ſua ſorte contentus, quemadmo-

dum via breuis & amœna, multum quidem gratiæ, parum autem laboris habet.

Eiusdem.

Θεοῦ μὲν ἐστι τὸ μηδενὸς δεῖσθαι· τὸ δὲ ὡς ἐλαχίστων, ἐγγυτάτω θεοῦ.

Dei quidem est nullius rei esse indigum: at paucissimis indigere, hoc verò proximè ad deum accedit.

PYTHAGORAE.

Ζῆν κρεῖττόν ἐστιν ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον καὶ θαρρεῖν, ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην.

Satius est securam vitã degere stramentis incubantem, quàm perturbationibus agitari, aureum habentem cubile.

Tale est hoc dictũ Epicteti, ὥσπερ ἐπὶ σμικροῦ σκίμποδος θλιβόμενον ὑγιαίνειν ἄμεινον ἢ ἐπὶ πλατείας κλίνης κυλινδούμενον νοσεῖν· οὕτω καὶ ἐν μικρᾷ περιουσίᾳ βέλτιον συστελλόμενον εὐθυμεῖν, ἢ ἐν μεγάλῃ τυγχάνοντα δυσθυμεῖν.

EPICVRI.

Χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα· τὰ δὲ δυσπόριστα, οὐκ ἀναγκαῖα.

Gratia est habenda naturæ beatæ quòd ea quæ necessaria sunt parabilia fecerit: quæ autem non facilè parantur, minimè necessaria.

DE TEMPERANTIA, continentia & frugalitate sentētiæ seu dicta Ciceronis, ea præsertim quæ ad eius laudem pertinent.

Ex lib. 3, De nat. deorum.

Temperantia constat ex prætermittendis voluptatibus corporis. *Item De fin. lib. 5,* Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur. *Item De off. lib. 2,* Cōtinentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi causa, prætermittendis voluptatibus. *Et de off. lib. 3,* Est temperantia libidinum inimica.

Ex lib. 1. De fin.

Temperātia pacem animis affert, & eos quasi concordia quadam placat ac lenit. Ea enim est quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis rationem vt sequamur monet.

Ex Tusc. q. lib. 5.

Temperantia est moderatrix omnium commotionum. *Et lib. 2,* Temperantia nō sinit immoderatè facere quicquam.

Ex Tusc. q. lib. 4.

Quemadmodum temperantia sedat appetitiones, & efficit vt hæ rectæ rationi pareant, conseruátq; considerata iudicia mētis: sic huic inimica intemperantia omnem

animi ſtatum inflammat, conturbat, incitat. Itaque & ægritudines & metus & reliquæ perturbationes omnes gignuntur ex ea.

Ex Tuſc.q.lib.5.

Continentiam in victu conſequitur ſiccitas. adde integritatem valetudinis. Confer ſudantes, ructantes, refertos epulis, tanquam opimos boues. tum intelliges, qui voluptatem maximè ſequantur, eos minimè conſequi: iucunditatémque victus eſſe in deſiderio, non in ſatietate.

Ex Tuſc.q.lib.3.

Frugalitatis videtur eſſe proprium motus animi appetentes regere & ſedare: ſempérque aduerſantem libidini, moderatam in omni re ſeruare conſtantiam. Cui contrarium vitium nequitia dicitur.

DE TEMPERANTIA, continentia & frugalitate, ſententiæ ſeu dicta Senecæ, ea præſertim quæ ad eius laudem pertinent.

Ex epiſtola 89.

Temperantia voluptatibus imperat: alias odit atque abigit, alias diſpenſat & ad ſanum modum redigit: nec vnquam ad illas propter ipſas venit. ſcit optimum eſſe modum cupitorum, non quantum velis, ſed quantum debeas ſumere.

Ex epiſt. 14.

Quid ergo? vtiq; erit tutus qui hoc propoſitum ſequetur? Promittere tibi hoc nõ magis poſſum quàm homini tẽperanti bonam valetudinem, & tamen facit temperãtia bonam valetudinem.

Ex epiſt. 59.

Illud ſimul cogitemus: ſi mundum ipſum, nõ minus mortalem quàm nos ſumus, prouidentia periculis eximit, poſſe tamen aliquatenus noſtra quoque prouidentia longiorem prorogari huic corpuſculo morá, ſi voluptates, quibus pars maior perit, potuerimus regere & coercere.

Ex epiſt. 59.

Poteſt frugalitas producere ſenectutem:

quam vt non puto concupiſcendam, ita ne recuſandam quidem.

Ex epiſt.120.

Natura ventrem non delectari vult, ſed impleri. *Ibidem*, Natura hoc vnum iubet, ſitim extingui. *Ibidem*, Fames me appellat: ad proxima quæq; extendatur manus. *Ibidem*, Ambitioſa non eſt fames: contenta deſinere eſt. quo deſinat, non nimis curat. *Ibidem*, Nunquam parum eſt quod ſatis eſt: nunquam ſatis eſt quod multum eſt.





